MANUDUCTIO PUERORUM

Ad multa, & varia intelligenda, quæ ſunt,

VENUSTIOR Linguæ Latinæ CONSTRUCTIO,
SYNTAXIS Figurata,
ALPHABETUM Nominum localium, quæ in Breviario Romano continentur,
ORDINARIUM Linguæ Latinæ,
BILINGUE, multa ſcitu utilia exprimens,
DIRECTORIUM Linguæ Italicæ,
SYLVULA, Vocabulis Eccleſiaſticis florens,
ORTHOGRAPHIA Linguæ Latinæ,

In lucem edita, & Clericis potiſſimùm accommodata

A' Joanne Baptiſta Palangha, Congregationis Hoſpitii S. Caroli Camerinenſis Civitatis Presbytero.

VENETIIS, MDCCXXII.
Apud Sebaſtianum Coleti.
Superiorum Permiſſu, ac Privilegio.

2
VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA

AUCTOR
Studioſis Pueris ſalutem.

ECce, Pueri, Manuductio ad multa, & varia intelligenda. Hinc vobis aperietur via venuſtiorem linguæ latinæ addiſcendi Syntaxin, tum Regularem, tum etiam Figuratam. Inde explicatio centum, & ſeptuaginta nominum localium, quæ in Breviario Romano ſunt appoſita, deducitur. Illinc etiam benè ſcribendi, rectè loquendi, & Orationem latinam in ſermonem italicum traducendi facilitas hauritur. His accedit Bilingue, multa ſcitu utilia exprimens. Sylvula denique plurimis vocabulis Eccleſiaſticis floret. Quæ autem ſit hujus Opuſculi claritas, utilitas, atque voluptas, ipſe uſus docebit. Valete.

INDEX MATERIARUM.

Servilia.	
Dominativa.	Pag. 1
Infinita.	3
Gerundia.	4
Supina.	16
Participia.	27
Comparativa.	30
Superlativa.	43
Verbalia.	50
Syntaxis figurata.	57
Alphabetum Nominum localium.	60
Ordinarium Linguæ Latinæ.	92
Bilingue, multa ſcitu utilia exprimens.	105
Directorium linguæ italicæ.	120
Sylvula, vocabulis Eccleſiaſticis florens.	162
Corollarium, refens numeros, Barbaros, latinos, & Cardinales.	172
Corollarium alterum, continens Orthographiam linguæ latinæ.	203
Portus Eccleſiaſticę ſecuritatis.	205
	213

MA-

MANUDUCTIO PUERORUM AD Venuſtiorem Linguæ Latinæ CONSTRUCTIONEM. Intelligendam.

CAPUT I.

De Verbis Famulativis.

Quid ſit Verbum Famulativum? Quare ſic vocetur? Quomodo conſtruatur?

1. VErbum Famulativum, ſive Servile eſt, quod Infinito famulatur, ejuſque naturam induit, hoc eſt, ſi Infinitum ſit perſonale, Servile quoque perſonale erit. Si verò Infinitum imperſonale exiſtat, Servile pariter imperſonaliter excurrit: ut, Nemo debet peccare. Me debet pœnitere peccati.

2. Famulativum, ſeu Servile dicitur, quia verbis Imperſonalibus imperſonaliter adhæret, & quaſi famulatur: Perſonalibus perſonaliter jungitur, & inſervit: ut, *Illi debent Romam pervenire. Ab illis debet Romam perveniri.* In primo exemplo inſervit Infinito per modum verbi perſonalis: in ſecundo, per modum Imperſonalis.

3. Verbum Famulativum, Infinitis verbis perſonalis adhærens, ante ſe Nominativum agentem, vel

patientem admittit, poſt ſe Infinitum cum ſuo caſu: ut, Homo debet noſcere ſe ipſum, *L'Uomo devè conoſcere ſe ſteſſo*. Hæc non poſſunt intelligi ab omnibus. *Queſte coſe non ſi poſſono intendere da tutti*. Venuſtiùs autem dicitur: Homo ſe ipſum noſcere debet. Hæc ab omnibus intelligi non poſſunt.

4. Si verò uniatur Infinitis imperſonalibus ànte ſe aſſumit caſum Infiniti imperſonalis, & imperſonaliter excurrit, ut, *Solet*, *ebat*, *Poteſt*, *erat &c.* E.g. Populum cœpit tædere itineris, & laboris. *Il popolo cominciò attediarſi del viaggio, e della fatica*. Ad magna præmia perveniri non poteſt, niſi per magnos labores. *A gran premii non ſi può arrivarè, ſe non per mezzo di gran fatiche*.

Poſſum, es, potui,	*Potere*.
Incipio, is, incœpi,) Cœpi, iſti, cœpit)	*Cominciare*, ò *dare principio*.
Deſino, nis, deſivi & deſii	*Laſciare*, *ceſſare*, *finire*.
Debeo, es, debui,	*Dovere*, *eſſere obbligato*.
Soleo, es, Solitus ſum,	*Solere*, *eſſer ſolito*.

S Y L V U L A

Nonnulla exhibens Rudimenta, quæ ad Verba Servilia ſpectant.

1. SI verbis Servilibus Infinitum, *Eſſe*, jungatur, tunc geminos Nominativos, ſibi invicem reſpondentes, aſſumunt, quorum primus Servilibus præponitur, alter verò Infinito: ut, Non omnes poſſunt eſſe victores. *Non tutti poſſono eſſere vincitori*. Nos debemus eſſe humiles, manſueti, & patientes. *Noi dovemo eſſere umili*, *manſueti*, *e pazienti*.

2. Verbum, *Debeo*, abſque Infinito, activè, & paſſivè uſurpatur: ut, Tria debentur Deo, timor, amor, honor. *Trè coſe ſi devono a Dio*, *cioè timore*, *amo-*

amore, *ed onore*. Activè: Tria debemus Deo, timorem, amorem, honorem.

3. Servilia nunquam fiunt paſſiva; ſed ſi paſſivè in Italica lingua pronuncientur cum particula, *Si*, quæ præponi, & poſtponi ſolet Famulativis, & Infinitis, verbum Infinitum ſequens latinè fiat paſſivum: E. g. *Deveſi*, *ò ſi deve pagare il denaro*, *ò deve pagarſi il denaro*. Ne dicas: Pecunia debetur ſolvere; Sed, pecunia ſolvi debet. Si verò Infinitum fieri non poſſit paſſivum, italica locutio verſatur in activam ſignificationem: E. g. *Io comincio ad eſſer perſeguitato dal nemico*. Hoſtis me perſequi incipit; vel, Ego incipio exagitari ab hoſte.

4. Verba, *Cœpi*, & *Deſino*, cum Infinitis paſſivis, in præteritis activè, & paſſivè uſurpantur: ut, Virtus amari cœpit, vel cœpta eſt. *La virtù ſi cominciò ad amarſi*. Contemni cœpti erant à finitimis populis. *Erano ſtati cominciati ad eſſere ſprezzati dalli popoli vicini*. Ante pugnari cœptum eſt. *Avanti fù cominciato à combatterſi*. Veteres Orationes legi ſunt deſitæ. *L' Orationi antiche ceſſarono di leggerſi*.

5. Inter Famulativa numerantur, *Valeo*, *Queo*, & *Nequeo*: ut, Fodere non valeo. Si quiverit pugnare mecum. Nequeo meipſum curare. *Io non sò zappare: ſe potrà combattere con me: Non poſſo curare me ſteſſo*.

CAPUT II.

De Verbis Dominativis.

Quid ſit Verbum Dominativum? Quare ſic appelletur? Quomodo conſtruatur?

1. VErbum Dominativum eſt illud, quod Infinitum ſibi aſſumit. Dicitur *Dominativum*, quia Infinito dominatur, hoc eſt illi non ſubditur, nec ejus naturam, & Conſtructionem ſequitur, ſicut Famulativum; ſed immobile in ſe remanet.

2. Dominativum ante ſe Nominativum ſemper requirit, deinde Infinitum cum ſuo caſu: ut, Si vis habere pacem, linguam compeſce loquacem. *Se tu vuoi avere la pace raffrena la lingua loquace.* Qui cupit ſcire, capit omnia. *Chi deſidera ſapere, capiſce ogni coſa.* Non audeo aliquid dicere. *Io non ardiſco dire coſa alcuna.* Statui præcepta ſervare Dominica. *Hò ſtabilito oſſervare i Precetti del Signore.* Auſi ſunt nos provocare. *Ebbero ardire di provocarci.* Illi ſunt beati, qui in vitam æternam merentur intrare. *Quei ſono beati, che meritano entrare nella vita eterna.*

Volo, vis, volui,	*volere*
Nolo, non vis, nolui,	*Non volere.*
Malo, mavis, malui,	*voler più preſto, aver più caro.*
Opto, as, avi) Cupio, is, ivi)	*Deſiderare, bramare.*
Propono, nis, ſui) Statuo, is, ſtatui)	*Proporre, ſtabilire, riſolverſi.*
Audeo, es, auſus ſum,	*Aver' ardire.*
Dignor, aris, dignatus ſum,	*Degnarſi, compiacerſi.*
Mereo, es, merui) Mereor, mereris)	*Meritare, eſſer degno.*
Præſumo, mis, præſumpſi,	*Preſumere, avere ardire*
Laboro, as, avi,) Conor, aris, conatus, ſum,) Enitor, eris enixus, ſum)	*Sforzarſi, affaticarſi, farſi violenza, eſſer neceſſitato*
Teneor, eris,	*Eſſer tenuto, & obbligato.*
Recuſo, as, avi,	*Ricuſare.*
Pergo, gis, perrexi,	*Perſeverare, continuare.*
Dedignor, aris, atus ſum,	*Sdegnarſi, aver à ſdegno ſprezzare.*

Hæc ſunt præcipua Verba, quæ cum Infinitis juncta in Lingua Latina reperiuntur.

SYLVULA

Nonnulla exhibens Rudimenta, quæ ad Verba Dominativa ſpectant.

1. INter Dominativa numerantur alia Verba, ut, Cogito, Arbitror, Opinor, Reor, Aveo, Appeto, Geſtio, Affecto, Reſpuo, Perſiſto, Laboro, Contendo. Studeo, Erubeſco, Propero, Ceſſo, omnia denique verba (exceptis Imperſonalibus, & Famulativis) quæ Infinitum naturale aſſumere poſſunt, Dominativa appellari licet.

2. Hæc verba, *Mereo*, & *Mereor*, italicè, *Meritare*. Utrumque cum Infinito copulatur; cum hac tamen diſtinctione: *Mereo* in præteritis perfectis Infinito adhæret: ut, Iſte Confeſſor Domini hac die lætus meruit beatas ſcandere ſedes. *Queſto Confeſſore del Signore in queſto giorno allegro meritò di ſalire alle ſedie beate*. At, *Mereor*, tempore præſenti, imperfecto, & futuro, Infinitum ſequitur: ut, Illi merentur accipere coronam gloriæ. *Quelli meritano di ricevere la corona dalla gloria*.

3. Dominativa verba ſi Infinito gaudeant verbi copulativi, ſeu Vocativi paſſivi, tunc Infinitum Nominativum poſt ſe admittit, qui concordat cum Nominativo verbi Dominativi: ut, Hypocrita cupit videri juſtus. *L'Ipocrita deſidera eſſere ſtimato, ò tenuto giuſto*. Animus generoſus mavult mitis eſſe, quàm iracundus. *L'animo generoſo hà più caro, ò vuole più preſto eſſer dolce, che colerico, ò ſtizzoſo*. Si verò addantur Pronomina, *Me*, *Te*, *Se*, Nominativus ad Accuſativum redit: ut, Hypocrita cupit ſe videri juſtum. Malo, me divitem eſſe, quàm haberi: Tu fateris, te eſſe loquacem, ſeu blateronem. *Tu confeſſi di eſſere lingacciuto, cicalone, ò cianciatore*.

4 Verbum, *Videor, eris, viſus, ſum*, variam ha-

habet Conſtructionem, & ſignificationem. Primò enim jungitur Infinito, regitque Dativum perſonæ, poſt Infinitum cum ſuo caſu. Cum uſurpatur pro aliquid dubiè dicere, italicè, *Parere*; ne quid erretur, ſemper ſpectanda eſt perſona, ſeu res, quæ actum Infiniti agit, vel patitur, & ponitur in Nominativo, cum quo concordat verbum, *Videor*, in perſona, & numero, ac etiam in genere, cum eſt præteriti perfecti. Ecce Exempla: *Mi pare di vedere il nemico*. Mihi videor videre hoſtem. *Mi pare di eſſere ſtato pazzo*. Amens mihi fuiſſe videor. *Ti pare di operar bene*. Tibi videris benè agere. *A tua Madre gli è paruto di aver partorito un lupo*. Tua Mater ſibi viſa eſt lupum edidiſſe. *Mi pare di eſſere ſapiente*. Ipſe mihi ſapiens eſſe videor. *Ti pare di eſſere ſapiente*. Ipſe tibi ſapiens eſſe videris. *A quelli gli pare di eſſere prudenti*. Illi ſibi ſapientes eſſe videntur. *Mi pare, che à Voi ſia ſtata inſegnata la Rettorica*. Vos mihi videmini eſſe inſtituti in Rhetorica.

5. Interdum Dativum omittitur: E. g. *Mi pare di vedere un fantaſma*. Videre videor phantaſma. *Pare, che noi Uomini valoroſi ſodisfacciamo alla Republica*. Nos viri fortes Reipublicæ ſatisfacere videmur. *Rimediate, acciò non paja, che voi manchiate al Popolo Romano*. Vos, ne deeſſe Populo Romano videamini, providete

6. Cum verò uſurpatur pro *Velle*, ſeu *Placere*, tunc imperſonaliter ponitur: ut, Mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. *Mi è parſo bene di ſcriverti qualche coſa della Vecchiaja*. Mitte mihi, quem tibi videtur. *Mandami, chi ti piace, e pare*. Ad eundem modum conſtruitur cum Infinito imperſonali: ut, Mihi videtur vos tædere laboris. *Mi pare, che à voi rincreſca la fatica*.

7. Sine Infinito cum duobus Nominativis conſtruitur: ut, Dapes iſtæ nobis inſipidæ videntur. *Queſte vivande à noi pajono inſipide*.

7. Cum

7. Cum autem dicimus: *Mitte mihi, quem tibi videtur: Pueros attribue, quos tibi videbitur: Cæſar ad hæc quæ viſum eſt, reſpondit.* In his exemplis ſubintelligitur Infinitum verbi præcedentis, quod ſubſequentem Accuſativum regit. Senſus igitur eſt: Mitte mihi, quem tibi videtur, ideſt, Mitte mihi, quem tibi videtur mittere. *Mandami, chi ti pare, e piace.* Et ſic exponuntur alia, & ſimilia exempla.

CAPUT III.

De Conſtructione Verbi Infiniti.

Quid ſit Infinitum? Quomodo dividatur, & conſtruatur?

1. INfinitum eſt Verbi modus, qui certas perſonas, numeroſque certos ſibi non definit, ut quatuor reliqui Modi. Dicitur Infinitum ab *in*, & *finitum*, ideſt, non finitum; quia non eſt diſtinctum numero, & perſona. Fuit autem inventum brevitatis, & ornatus gratia. Quia ejus proprietas eſt, duas excludere Conjunctiones, nempe, *Quod*, & *ut*: E. g. Audio, quod tu ſtudeas: Opto, ut benè valeas. Per Infinitum dicitur: *Audio, te ſtudere: Opto, te benè valere.*

2. Infinitum dividitur in Activum, Paſſivum, Neutrum, Deponens, Commune, & in Imperſonale Activæ, & Paſſivæ Vocis: ut, *Amare, Amari, ſtudere, Auxiliari, Hortari, Pœnitere, & Serviri.*

3. Ut autem Infinitum habeat perfectum ſenſum, ac numeros, & perſonas certas, & finitas exhibeat, præponendum eſt ei aliquod Verbum finitum, deinde Nomen, vel Pronomen in Accuſativo: ut, Credo, te valere ingenio. Si tollas, *Credo*, & Pronomen, *Te*: Oratio manca, & indefinita erit.

4. Infinitum igitur pendet ab altero Verbo, ex illis præcipuè, quæ ad Aures, Oculos, Linguam, & ad

 Ani-

Animum ſpectant: ut, *Audio*, *Video*, *Affirmo*, *Fateor*, *Credo*, *Cogito*, *Arbitror*, & ſimilia. Pendet etiam à nonnullis Adjectivis in genere neutro poſitis unà cum Verbo, *Eſt*; ut, Manifeſtum eſt: Compertum, Certum, & perſpicuum eſt: Turpe, decens, indecens, neceſſe, & conveniens eſt.

5. Deinde, Infinitum Verbi perſonalis regit ante Accuſativum agentem, vel patientem, poſt ſe verò Caſus ſuorum Verborum. At Infinitum Verbi imperſonalis eandem retinet Conſtructionem, quàm ex ſua natura requirit. Ecce Exempla: Cæterum, ut circumſideri arcem, & omnia ſibi in dies arctiora eſſe viderunt. *Mà quando videro, che la Rocca era aſſediata, e che tutte le coſe di giorno in giorno riuſcivano loro ſcarſe, e riſtrette*. Manifeſtum eſt, his præceptis omnem noſtram intentionem in interiora gaudia dirigi. *E' coſa manifeſta, che ogni noſtra intenzione viene da queſti precetti indrizzata agli interni gaudii*. Certum eſt, ad omnes ſpectare benè vivere. *E' coſa certa, che a tutti appartiene di viver bene*. Arbitror, a multis obtemperatum eſſe tuis conſiliis. *Penſo, che da molti ſia ſtato ubbidito agli tuoi conſigli*.

6. Infinitum, adhærens Verbis paſſivis, *Dicor*, *feror*, *legor*, *perhibeor*, *exiſtimor*, *judicor*, *credor*, *putor*, & his ſimilibus, tunc loco Accuſativi, Nominativum aſſumit, cum quo dicta Verba concordant, & Infinito, elegantiæ cauſa, poſtponuntur. Ecce Exempla: Clypei militares auro, & ebore fulgere dicebantur. *Dicevaſi, che i ſcudi de' Soldati riſplendevano d' oro, e di avorio*. Hæc tredecim annorum Martyrium feciſſe, traditur. *Si racconta, che queſta ſanta ſia ſtata martirizzata nell' età di tredici anni*. Cum appropinquare tuus adventus putaretur. *Penſandoſi, che ſi avvicinaſſe la tua venuta*. Si verò dicta verba imperſonaliter accipiantur, tunc Infinita præponuntur, & Nominativus in Accuſativum redit: ut, Qua ratione veriſſimè dicitur, fidem ſine ope-

operibus mortuam eſſe. *Per la qual ragione veriſſimamente diceſi, che la Fede ſenza l'opere ſia morta*. Fertur, ſolem aliquando ſtetiſſe. *Si racconta, che il ſole una volta ſi fermaſſe*.

7. Aliquando prima vox Infiniti, apud Hiſtoricos, & Poetas, ponitur pro præterito imperfecto Indicativi Modi, & conſtruitur cum Nominativo perſonæ: ut, Rex unus tanti mali patiens, circuire milites, contrahere diſperſos, allevare proſtratos &c. *Solamente il Rè, tollerando tante ſciagure, andava intorno alli ſoldati, radunava quelli, che erano ſparſi in varij luoghi, alzava i proſtrati in terra &c.* Nos pavidi trepidare metu. *Noi pauroſi tremavamo per il timore*. Catilina per montes iter facere. *Catilina viaggiava per i monti*. Flere omnes, Mirari plerique, ſtupere univerſi. *Tutti piangevano, ſi maravigliavano, ſi ſtupivano*.

S Y L V U L A

Plurima, & varia exhibens Rudimenta, quæ ad Infiniti Conſtructionem ſpectant.

1. INfinitum habet quinque tempora ſub tribus vocibus, nempe præſens cum præterito imperfecto conjunctam, Præteritum perfectum, & eadem voce pluſquàm perfectum, & Futurum: ut, *Amare, amaviſſe, amaturum eſſe*: Paſſivè, *Amari, amatum eſſe, & amandum eſſe*.

2. Futura, & Præterita perfecta habent tres voces, & declinantur, ut, Bonus, na, um: E. g. *Credo, che Pietro ami, abbia amato, & amerà la Virtù*. Credo, Petrum amare, amaviſſe, & amaturum eſſe virtutem. Paſſivè: Credo, virtutem amari, amatam, & amandam eſſe a Petro.

3. Futurum Simplex paſſivum duas habet voces, ac terminationes, hoc eſt, *Amatum iri, & Amandum eſſe*.

eſſe. Amatum iri non mutatur, ſed omni generi, & utrique numero attribuitur: E.g. Puto, a vobis litteras lectum iri: Per alteram vocem dicimus: Puto, a vobis litteras eſſe legendas. *Penſo, che da voi ſi leggeranno le Lettere.*

4. Futurum Verbi, *Sum*, *es*, *eſt*, habet ſimiliter duas terminationes, ideſt, *Fore*, & *Futurum*, *am*, *um*, *eſſe*: E g. Confido, tuas preces fore efficaces: vel efficaces futuras eſſe apud Deum. *Confido*, *che le tue preghiere ſaranno per eſſere efficaci appreſſo Dio.*

5. Futurum autem Infiniti triplex eſt, nempe Simplex, Mixtum, & Exactum. Simplex eſt, quod ſimpliciter rem futuram ſignificat: ut, Credo, Petrum amaturum eſſe virtutem. Paſſivè: Credo, virtutem a Petro amandam eſſe: vel, Credo, virtutem a Petro amatum iri. *Amatum eſſe*, *amandum eſſe*, *& amaturum eſſe*, declinantur, more Adjectivorum, & cum Subſtantivis conveniunt genere, numero, & caſu, ut ex allatis ſupra exemplis patet.

6. Futurum Mixtum dicitur illud, quod rem futuram præterito mixtam indicat. Ejus Vulgaria ſunt ſecundæ voces præteriti pluſquàm perfecti Conjunctivi: *Che quello averebbe amato*. Illum amaturum fuiſſe: E.g. Credo, illum ex hac Civitate diſceſſurum fuiſſe, ſi detentus eſſet. *Credo*, *che quello ſarebbe partito da queſta Città*, *ſe non foſſe ſtato ritenuto.*

7. Futurum Exactum, ſeu, præteritum eſt, quod rem futuram jàm completam indicat; & conſtat ex Participio in *Tus*, & particula, *fore*: ejuſque vernaculæ voces ſunt Vulgaria futuri Conjunctivi: E.g. Spero, tuum genitorem jàm fore conſecutum Victoriam. *Spero, che tuo Padre averà già conſeguita la Vittoria*. Queſto io poſſo dire, che averò acquiſtato molto. Hoc dicere poſſum, me ſatis adeptum fore. *Spero, che in pochi giorni l'opera ſarà ſtata perfezzionata.* Spero, paucis diebus opus perfectum fore.

8. Verba, *Promitto*, *Spero*, *Minor*, *Juro*, *Voveo*, & his

& his ſimilia, ſæpe futurum Infiniti ſibi aſſumunt, & Pronomina, *Me*, *Te*, *Se*. Unde licet italica lingua, Infinitum ſit temporis præſentis, latinè tamen per futurum redditur: E. g. *Dio ha promeſſo di donarci la ſua grazia*. Deus promiſit, ſe nobis largiturum ſuam gratiam. *Il Maeſtro ha minacciato di caſtigarci*. Magiſter minatus eſt, ſe in nos animadverſurum. *Quello ha fatto voto di andare alla ſanta Caſa di Loreto*. Ille vovit, ſe aditurum almam Domum Lauretanam. Si verò Infinitum reſpiciat rem præſentem, tunc utemur prima Infiniti voce: ut, Qui ſperant, ſe continere poſſe. *I quali ſperano di poterſi contenere, ò vivere continenti, e caſti*. Ubi ſperant ſine fine gaudere. *Dove ſperono di godere ſenza fine*.

9. Verba, *Jubeo*, *Veto*, & *Prohibeo*, activè, & paſſivè eleganter Infinito junguntur: Ecce Exempla: Herodes juſſit amputari caput Divi Joannis Baptiſtæ. *Erode fece decapitare S. Giovanni Battiſta*. Jubemur proximum diligere; *Ci è comandato amare il Proſſimo*. Medicus prohibuit, ſeu vetuit, ægrotum potare vinum. *Il Medico ha proibito all' infermo il bevere il vino*. Paſſivè: Ægrotus prohibitus, ſeu vetitus fuit pono. Paſſivè: Ægrotus prohibitus, ſeu vetitus fuit potare vinum. Quæ flere prohibetur eum, cui reſurrectio debebatur. *Alla quale è proibito piangere quello, a cui ſi dovea la Reſurrezzione*. Caſtra ad Euphratem movere jubet. *Fà muovere il Campo verſo il fiume Eufrate*. Vetamur Divinum nomen in vanum aſſumere. *Ci è proibito nominare in vano il Nome di Dio*. Juſſa ſum in mamilla torqueri. *E' ſtato comandato, che io ſia tormentata nella mammella*. Juſſi ſunt capite plecti. *Fu comandato, che ſiano decapitati*. Rex juſſit, introduci legatos in ſuam Regiam. *Il Rè ha comandato, che s'introduchino i Legati nella ſua Reggia*, ò Palazzo reale.

10. Aliquando Infinitum regitur a nonnullis Adjectivis, & ponitur loco Gerundii in Di, & in Dum: ut, *Certus mori*, *dignus amari*, *peritus certare*, *timi-*

dus

dus navigare; pro Certus moriendi, dignus amandi, peritus certandi, timidus navigandi. *Reſpondere parati*, *certare difficilis*, *facilis coronari*, Pro, Parati ad reſpondendum, difficilis ad certandum, facilis ad coronandum. Sic, *Tempus accedere*, *Conſilium dimittere*, *amor cognoſcère*, pro Tempus accedendi, Conſilium dimittendi, amor cognoſcendi.

11. Particulæ illæ, *Eſſe*, *& fuiſſe*, in præteritis, & futuris, elegantiæ, ac brevitatis cauſa, omitti poſſunt: E.g. Qui a ſe hominem occiſum fateatur. *Il quale confeſſi eſſere da lui ſtato ammazzato un' Uomo*. Ego bellum fœdiſſimum futurum puto. *Penſo, che ſarà una guerra ſanguinoſiſſima*. Omnia ſe adeptum arbitrabitur. *Giudicherà di avere ottenuto ogni coſa*. Et hic loquendi modus ſæpe in Lingua latina reperitur.

12. Apud Infinitum contingere poteſt *Amphibologia*, accedente gemino Accuſativo rei animatæ: E.g. *Credo, Petrum diligere Joannem*. Hæc eſt Amphibologia, ideſt ambigua Oratio, qua dignoſci non poteſt Agens a patiente, nempe utrum Petrus diligat Joannem, vel Joannes Petrum. Hujuſmodi autem ambiguitas ſolvitur mutatione Verbi activi in Paſſivum, vel reſolutione ad Conjunctivum, ſic efferendo: Credo, a Petro diligi Joannem: vel, Credo, quod a Petro Joannes diligatur. Si verò Verbum ſit Deponens, quod in Paſſivum verti non poſſit, tunc recurrendum eſt ád aliud verbum, quod eundem ſenſum habeat: E. g. *Video, Canem inſectari lupum*. Hæc eſt Amphibologia, quæ ſic ſolvitur: Video, a Cane exagitari lupum: vel, Canis, ut video, lupum inſectatur. *Manifeſtum eſt, te perſequi hoſtem*. Solutio Amphibologiæ: Manifeſtum eſt, te machinari hoſti exitium. Amphibologia, italicè, *Anfibologia*, eſt vox Græca, & interpretatur ambigua oratio. *Parlar dubbio, ed ambiguo*:

13. Interdum in Lingua Latina invenitur Infinitum Subſtantiale, quod ponitur loco Nominis Subſtantivi, & adjectivum cum eo concordat in genere neu-

neutro: ut, Scire tuum nihil eſt. *Il tuo ſapere a niente ſerve.* Vivere ipſum turpe eſt nobis. *L'iſteſſo vivere a noi è vergognoſo.* O vivere noſtrum! *O che vivere è il noſtro!*

14. Ponuntur ſæpe Infinita abſolutè, ſine verbo finito: E. g. Voſne id feciſſe? *Che ciò voi abbiate fatto?* Tene eſſe ita durum? *Che tu ſii così crudele?* Hæccine fieri flagitia? *Forſi conviene, che ſi commettino queſti misfatti?* Hujuſmodi autem formulæ dicendi per Infinita abſoluta, reguntur a Verbo finito ſuppreſſo, & Subintellecto, puta, *Cœpit, ſolebat, decet*, aut ſimile: ut, Galba autem multas afferre ſimilitudines, multaque pro æquitate dicere. *Ma Galba cominciò addurre molte ſimilitudini, e dire molte coſe per l'equità.*

15. *Infiniti Reſolutio.* Tempora Infiniti reſolvi poſſunt ad Conjunctivi tempora. *Primò*, per Relativum, *Quod*, ad Indicativum, vel Conjunctivum: E. g. *Io sò, che tu ami.* Scio, te amare: *Reſolutio*: Scio, quod tu amas, vel ames. 2. Per particulam, *ut*; E. g. *Io voglio, che tù impari.* Volo, te diſcere. Volo, ut tu diſcas. 3. Per particulam, *Quin*; E. g. *Io non dubito, che tu hai detto.* Non dubito, te dixiſſe. *Reſolutio*: Non dubito, quin tu dixeris. 4. Reſolvitur per adverbium, *ut*, ad Indicativum: E.g. *Io penſo, che tù verrai.* Arbitror, te venturum eſſe: vel, ut arbitror, tu venies.

16. Quando Infinitum reddit ambiguam orationem, vel ſenſum mutat, tunc omittitur, & Reſolutione utemur: E.g. *Io credo, che tu amareſti.* Ut credo, amares. Quia Infinitum, *Te amaturum*, ſenſum variat, & indicat rem futuram, quòd ſcilicet, amabis. *Che tu amerai.* Scripſi, ut Cæſar veniat. *Hò ſcritto, che Ceſare venga.* Si autem dixeris: Scripſi, Cæſarem venire, oſtenditur, quod Cæſar actualiter veniat: *Che Ceſare viene.*

17. Verbum autem finitum, unde pendet Infinitum, poteſt eſſe, vel temporis propinqui, vel Remo-

ti.

ti. Tempus propinquum eſt tempus præſens: E g. *Quello crede, penſa, ſtima, giudica, dice &c.* Tempus verò remotum eſt tempus præteriti imperfecti, & perfecti: E.g. *Quello credeva, penſava: Credette, pensò &c.* Quæ notitia neceſſaria eſt ad Reſolutionem Futuri Infiniti.

18. Futurum Simplex reſolvitur per *Fore, ut*, ad tempus præſens Conjuctivi: E.g. *Credo, che voi intenderete molte ſcienze.* Credo, vos intellecturos eſſe multas ſcientias. *Reſolutio*: Credo, fore, ut multas intelligatis ſcientias.

19. Futurum Mixtum reſolvitur per *Futurum fuiſſe, ut*, ad imperfectum Conjunctivi: E.g. *Credo, che tù avereſti ſtudiato.* Credo, futurum fuiſſe, ut ſtuderes. Cum autem actio Verbi finiti præcedit tempore actionem verbi infiniti, tunc particula, *Eſſe*, adhibetur: E. g. *Jeri diſſi, che oggi averei ſtudiato.* Heri dixi, me hodie navaturum eſſe operam ſtudio. Per reſolutionem utemur particula, *Fore*, ſic efferendo: Heri dixi fore, ut hodie operam navarem ſtudio.

20. Futurum Exactum reſolvi poteſt, per *Fore, ut*, vel *Futurum, ut*, ad perfectum Conjunctivi, ſi Verbum finitum ſit tempus propinquum: vel ad præteritum pluſquam perfectum, ſi remotum: E. g. *Giudica mio Padre, che io ſarò già venuto, quando eſso cenerà.* Meus Pater cenſet, fore, ut ego venerim, ubi ipſe cœnaverit. *Giudicava mio Padre, che io ſarei già venuto, quando eſsocenaſse.* Meus Pater cenſebat, fore, ut ego veniſſem, cum ipſe cœnaret.

21. Quàmplurima verba Infinitum reſpuunt, & Conjunctivum cum particula, *Ut*, aſſumunt. Hujuſmodi autem verba ſunt præcipue. *Precor, Oro, Obſecro, Flagito, Perſuadeo, Hortor, Moneo, Peto, Poſtulo, Præcipio, Mando, Sancio, Permitto, Efficio, Curo, Præſtat, Supereſt, Reliquum eſt, Reſtat, Accidit, Contingit, & his ſimilia.* Ecce exempla: Sæpe à me flagitas, ut ego tuis filiis opem feram, *Speſſo mi domandate con*

iſtan-

iſtanza, che io ajuti i tuoi figli. Precor te, ut me abſtre ſinas. *Ti prego, che mi laſci andar via*. Præceptor tibi perſuaſit, ut fugias prava conſortia. *Il Maeſtro ti hà perſuaſo à fuggire le cattive compagnie*. Tu mihi auctor fuiſti, ut Deo ſervirem. *Tù mi hai conſigliato à ſervire à Dio*. Senatus ſanxit, ut ſinguli ab arte magica abſtinerent. *Il Senato hà ordinato, che ognuno ſi aſtenga dall' Arte magica*. Efficiam, ut omnes pietatem ſequantur. *Farò, che tutti ſeguitino la pietà*. Egi cum Judice, ut damnaret Reos omnes. *Hò fatta iſtanza al Giudice, che condanni tutti i Rei*. Cura, ut valeas. *Procura di ſtar ſano*. Reliquum eſt, ut tua juſſa exequar. *Reſta, che io metta in eſecuzione i tuoi Comandamenti*. Accidit, ut te viderem. *Mi è accaduto di vederti*.

22. Verbum, *Dubito, vel, dubium non eſt*, ſæpe Conjunctivum aſſumit, cum particula, *Quin*, quæ ponitur pro, *ut non*: E.g. Non dubito, quin ad te ſtatim veniam. *Non dubito di non venire ſubito da voi, cioè ſon certo di venire*. Non quòd dubitaret, quin ab iſto nihil actum eſſet. *Non perchè dubitaſſe, che non foſſe ſtata fatta alcuna coſa da queſto*. Eadem particula adhæret etiam verbis, *Poſſum, & Abſum*: ut, Facere non poſſum, quin quotidie ad te mittam. Non poſſum, quin exclamem. Nihil, vel parum abeſt, quin ſim miſerrimus.

23. Verbum, *Impedio*, eleganter aſsumit particulam, *Quòminus*, pro, *Ne*: E.g. Nihil impedit, quominus id, quod maximè placet, facere poſſimus. *Niunacoſa ci tiene, che non poſſiamo fare ciò, che grandemente ci piaccia*. Nihil impedit, quòminus id agamus. *Neſſuna coſa c'impediſce di non poter fare queſto*.

24. Verba, *Vereor, Metuo, Timeo*, ſibi aſſumunt Conjunctivum cum particula, *Ne*: E.g. Vereor, vel metuo, ne incidam in laqueos hoſtium. *Hò paura, ò temo di non cadere nei lacci de' Nemici*.

25. Verba, *Scio, intelligo, invenio, excogito, neſcio*

ſcio gaudent particulis, *Quid*, *Cur*, *An*, *ubi*, *unde*, *quomodo*, *quis*, *qualis*, *uter*, *quot*. Ecce exempla: Neſcio, quid conſilii capiam. *Non sò, che partito mi pigliare*. Scio, quid faciam. *So, che coſa io debba fare*. Non intelligitis, cur hæc dixerim. *Voi non intendete, perche io abbia dette queſte coſe*. Neſcio, an Petrus Romæ, vel Neapoli maneat. *Non sò, ſe Pietro ſtia in Roma, ò in Napoli*. Neſciebam, quid facerem. *Io non ſapeva quel, che mi faceſſi*.

26. Poſtremò, notandum eſt, Imperfectum ſubjunctivi potiùs efferri per ipſum modum, quàm per infinitum: E. gr. *Credo, che quello amarebbe la Virtù*. Credo, quod ille virtutem amaret: vel Ille, ut credo, Virtutem amaret. Et hoc pacto, ſermo magis elucet, quàm per Infinitum; magiſque tempus imperfectum à præſenti diſtinguitur. Dicendo enim: *Credo, illum amare virtutem*, tempus efficitur ambiguum; Nam, *amare*, continet tempus præſens, & imperfectum; & ſic, per Conjunctivum omnis ambiguitas tollitur.

CAPUT IV.

De Gerundii Conſtructione.

Quid ſit Gerundium, & unde ejus vox deducatur? Quare inventum? Ejus Terminationes, & Caſus. Ex quibus verbis oriatur? Unde formetur? Quomodo conſtruatur?

1. Gerundium eſt vox verbalis in *di*, *do*, *dum*: ut, Amandi, amando, amandum, vel (ut aliis placet) Gerundia ſunt quaſi Nomina verbalia ſubſtantiva, aut, Adiectiva, cum fiunt Gerundiva; vel denique, Gerundia dici poſſunt voces participiales, quod ſimilia exiſtant Participiis in Dus, quæ ſunt ejuſdem terminationis.

2. Ge-

2. Gerundium (ut vox ipſa indicat) dicitur *à Gero*, *& duo*; Nam ſub una voce, ac terminatione gerit duo, naturam ſcilicet Nominis, & Verbi. A Nomine caſum, à Verbo activam, & paſſivam ſignificationem accipit.

3. Gerundia inventa ſunt à Latinis, ut crebram, & moleſtam Infiniti repetitionem vitarent. Unde patet, quod Gerundia, loco Infiniti naturalis, ponantur.

4. Gerundii Terminationes ſunt tres, nempe *Di*, *Do*, *Dum*: ut, Legendi, legendo, legendum. Prima Terminatio exprimit genitivum: Secunda dativum, & ablativum: Tertia nominativum, & accuſativum. Gerundia enim omnes habent caſus, præter Vocativum, qui Vocandis perſonis dumtaxat accommodatur.

5. Gerundia oriuntur ab omnibus Verbis perſonalibus, nempe ab Activis, Paſſivis, Communibus, Neutris, & Deponentibus, & à nonnullis Imperſonalibus, in quibus tria numerantur, nempe *Pœnitendum*, *Pigendum*, *Pudendum*: ut, Peccavimus, Fratres, pœnitendum eſt, aut ardendum. *Habbiamo peccato, ò Fratelli, biſogna pentirſi, overo ardere, & eſſere tormentati nel fuoco dell' Inferno.*

6. Formatur à genitivo ſingulari Participii in *Ans*, vel, in *Ens*, mutata ſyllaba, *Tis*, in Di, do, dum: ut, Amantis, vel Legentis, hinc formatur Gerundium, Amandi, amando, amandum: Legendi, legendo, legendum.

7. Gerundia ante ſe nullum prorſus exigunt caſum: poſt ſe autem, quæ activam ſignificationem habent, eoſdem admittunt caſus, quos habent Verba, unde oriuntur. Quæ verò paſſivam ſignificationem exhibent, ſine caſu uſurpantur, ut infra dicetur.

De Gerundio *in Dum* Nom. Caſus.

1. Nominativus Gerundii, ſeu, Participiale in Dum

Dum Gerundium neceſſitatis appellatur; quia neceſſitatem, convenientiam, debitum, ſeu officium quoddam ſignificat. Ponitur cum Verbo *ſum, es, eſt*, & ante Dativum, ſive expreſſum, ſive tacitum ſibi aſſumit, poſt ſe verò ſuorum Verborum caſus: E. g. *A' voi è neceſſario fuggire il Vizio, ed amare la Virtù*. Vobis fugiendum eſt vitium, & amandum virtutem, ideſt, Vos oportet, vel debetis fugere vitium, & amare virtutem. *Biſogna combattere*. Pugnandum eſt. Hic ſubintelligitur Dativus tacitus, nempe Mihi, Tibi, Nobis, Vobis, omnibus &c.

2. Vulgaria hujus Gerundii ſunt omnia illa, quæ neceſſitatem, & convenientiam indicant! E. g. Omnibus moriendum eſt: *Tutti devono morire: Da tutti ſi deve morire: Tutti ſono neceſſitati a morire: A' tutti è neceſſario morire: Biſogna, che tutti muojano*. Tibi obtemperandum eſt Magiſtro. *A te è neceſſario, ti biſogna, ti conviene, tu devi, è ufficio tuo, e tuo debito ubbire il Maeſtro.* Et his dicendi formulis italicè reddi, ſeu exprimi poteſt Nominativus Gerundii, ſeu Participiale in Dum, quod in Lingua Latina ſæpiùs reperies.

De Gerundio *in Di*, Genitivi Caſus:

1. Gerundium in Di regitur primo, & frequentius à Nominibus ſubſtantivis, in quibus hæc præcipue numerant: *Tempus, locus, occaſio, munus, zelus, poteſtas, facultas, mos, conſuetudo, deſiderium, voluntas, cupido, cupiditas, ratio, onus, timor &c.* Ecce exempla: Tempus eſt eundi ad ludum. Non eſt hic locus ludendi, ſed ſtudendi. Mihi præbuit occaſionem jurandi. Accepi munus redimendi captivos. Zelus propagandi fidem. Tibi data eſt facultas, ſeu poteſtas pugnandi contra hoſtes. Mos ſeu conſuetudo orandi. Flagrare deſiderio reſtituendi priſtinos mores. Mihi inceſſit cupido, ſeu voluntas, totam luſtrandi Paleſtinam.

nam. Abeundi facultem peto. Italicè: *E' tempo di andare alla Scuola. Queſto non è luogo di giocare, ma di ſtudiare. Mi hà data occaſione di giurare. Ho ricevuta la carica di riſcattare i Schiavi. Zelo di propagare la fede. Ti è ſtata data la facoltà di combattere contro i nemici. Conſuetudine di orare. Aver gran deſiderio di reſtituire i priſtini coſtumi. Mi è venuta voglia di girare tutta la Paleſtina. Dimando licenza di partire.* Ratio dicendi. Onus regendi populos. Sine timore moriendi. *Modo, ò maniera di dire. Il peſo di reggere i popoli. Senza timore di morire.*

2. Secundò, adhæret Nominibus Adiectivis, quæ ſunt, *Cupidus, avidus, ſtudioſus, timidus, doctus, peritus, imperitus, ignarus, certus, incertus*, & ſimilia. Ecce Exempla: Sum cupidus Patriam defendendi. *Io ſono deſideroſo di difendere la Patria*. Ille eſt imperitus pugnandi. *Quello non è pratico di combattere.* Quilibet timidus eſt moriendi. *Ciaſcuno è pauroſo di morire.* Sum certus diſcedendi. *Son riſoluto di partire.* Illi ſunt inſueti navigandi. *Quelli non ſono aſſuefatti à navigare.*

3. Tertiò, jungitur Ablativis, *cauſa, gratia, ſtudio*, & cauſam finalem indicat, ſibique aſſumit Verba, ſtatum, & motum ſignificantia. E. g. Relictus ſum hic, cuſtodiendi cauſa domum. *Sono ſtato laſciato quì, per guardare la Caſa.* Romam pergo, diſcendi ſtudio. *Vado in Roma, per imparare.* Notandum eſt autem, Ablativos, *cauſa*, & *gratia*, ſemper poſtponi debere Gerundio. At Ablativus, *ſtudio*, præponi, & poſtponi poteſt. Dicimus enim: ſtudio amandi: & amandi ſtudio. Non tamen: cauſa, vel gratia amandi; ſed amandi gratia.

4. Quando hoc Gerundium regitur à Nominibus ſubſtantivis, vel Adjectivis, ejus Vulgare erit particula, *Di*: ut, Nunc tempus eſt ſtudendi. *Ora è tempo di ſtudiare.* Cum verò adhæret Ablativis, *Cauſa, gratia, ſtudio*, ejus Vulgare, in Lingua italica, erit

particula, *Per*: E.g. Amandi cauſa: Docendi ſtudio. *Per amare, per inſegnare: per cagione di amare: per motivo, e fine di amare.*

De Gerundio *in Do*, dativi caſus.

1. Dativus Gerundii primò regitur à Nominibus adjectivis, quæ Dativum admittunt, ut, *Aptus, idoneus, accomodatus, habilis, utilis, intentus, deditus*, & ſimilia. Ecce exempla: Non ſum aptus loquendo, ſed audiendo. *Io non ſono atto à parlare, ma ad aſcoltare*. Medicina eſt accommodata ſanando corporis infirmitates. *La Medicina è idonea à riſanare l' infermità del corpo.* Vos non eſtis habiles docendo Diſciplinas. *Voi non ſiete abili ad inſegnare le Diſcipline.*

2. Deinde dependet a nonnullis verbis, quæ Dativo gaudent, ut, *Vaco, incumbo, invigilo, operam navo, ſtudeo, ſufficio, ſatis ſum &c.* E.g. Vos operam navatis legendo ſacram ſcripturam. *Voi attendete à leggere la ſagra Scrittura.* Avari ſtudent amplificando divitias. *Gli Avari attendono ad accreſcere le ricchezze.* Hæ Præbendæ non ſufficiunt ſuſtinendo decentem illorum gradum. *Queſte Prebende non baſtano à mantenere il decente grado di quelli.* Epulæ iſtæ non ſunt ſatis reficiendo tot homines. *Coteſte vivande non ſono ſufficienti à riſtorare tanti Uomini.*

De Gerundio *in Dum* Accuſativi Caſus.

1. Accuſativus Gerundii, primò, & frequentius regitur à præpoſitione, *Ad*; Deinde, ſed minus frequentiùs à præpoſitionibus, *Ob*, *propter*, *inter*, *& ante*. Ecce exempla: Ille miſſus eſt ad prædicandum Evangelium. *Quello è ſtato mandato a predicare l' Evangelo.* A' quo pecuniam acceperis, ob abſolvendum. *Dal quale tù abbi ricevuti denari, per aſſolverlo.* Pecunia, & equo opus eſt, propter iter peragen-

agendum. *Per viaggiare, ci biſognanò denari, e Cavallo*. Inter cœnandum, hilares eſtote. *Trà il cenare, ſtate allegri*. Ante ſtudendum, vos Crucis ſigno munite. *Avanti di ſtudiare, fatevi il ſegno della Croce*.

2. Secundò, regitur à Verbis motum ad locum ſignificantibus, cum eadem præpoſitione, *Ad*, vel, *Propter*. E. g. Eo ad pugnandum. *Io vado a combattere*. Veni propter te redimendum. *Sono venuto, per riſcattarti*.

3. Tertiò, pendet à quisbuſdam Adjectivis facilitatem, aptitudinemque denotantibus, cum præpoſitione, *Ad*: ut, *Velox, tardus, promptus, paratus, pronus, expeditas, idoneus, aptus, habilis, neceſſarius, facilis, difficilis, utilis, & ſimilia*. Ecce exempla: Omnis homo debet eſſe tardus ad loquendum, & velox ad audiendum. *Ogni Uomo deve eſſere tardo a parlare, e veloce ad aſcoltare*. Ille eſt ſegnis ad reſpondendum. *Quello è pigro a riſpondere*. Adoleſcentium ætas prona eſt ad Mundi voluptates ſequendas. *L' Età de' Giovanetti è inclinata a ſeguire i piaceri del Mondo*. Pœnitentia eſt neceſſaria ad gratiam recuperandum. *La Penitenza è neceſſaria à ricuperare la grazia*.

4. Quartò Verba, *Hortor, invito, adduco, impello, perducor, urgeo, excito, valeo, induco, teneor, ſurgo*, & ſimilia, frequenter Accuſativum Gerundii, cum præpoſitione *Ad*, ſibi aſſumunt: ut, Hortor te ad ſtudendum. *Io ti eſorto à ſtudiare*. Mundi fabrica nos excitat ad contemplandum Dei omnipotentiam. *La Fabrica del Mondo ci eccita à contemplare l' onnipotenza di Dio*. Sol, Luna, & Stellæ hominem invitant ad laudandum Creatorem. *Il Sole, la Luna, e le Stelle invitano l' Uomo a lodare il Creatore*. Homo natus eſt ad operandum. *L' Uomo è nato per faticare*. Omnes tenemur ad Proximum corrigendum. *Tutti ſiamo tenuti a correggere il Proſſimo*. Surrexit ad orandum.

Si è levato a fare orazione. Eadem Regula ſervanda eſt, quotieſcunque Verbum indicat aliquem finem: E.g. *Per imparare, o affine d' imparare molte coſe ſpendo molte notti*. Ad multa perdiſcenda, multas excubo noctes.

5. Poſtremò, Accuſativus Gerundii eleganter ponitur ſine prępoſitione, cum his Verbis: *Puto*, *Duco*, *Do*, *Exiſtimo*, *Loco*, *Conduco*, *Trado*, *Suſcipio &c.* Ecce Exempla: Puto Romam eundum. *Penſo di andare in Roma.* Operæ pretium duxi hoc tibi ſignificandum. *Hò ſtimato bene di ſignificarti queſta coſa.* Hortum colendum ſuſcepit. *Preſe a coltivare un Orto.* Dedi librum conſcribendum, *Hò dato a copiare un libro.* Locavi hoc opus faciendum. *Hò dato a fare queſt' opera.* Supradicta verba adhærent etiam Participiis in Dum, citra Præpoſitionem: ut, Mulier illa ſe mihi conſpiciendam dedit. *Quella Donna mi ſi diede à vedere.* Sic legendum putant. *Stimano così doverſi leggere.* Attribuit Cives interficiendos Gabinio: Urbem inflammandam Caſſio: totam Italiam diripiendam Catilinæ. *Aſſegnò à Gabinio i Cittadini, ad eſſere ammazzati: à Caſſio Roma ad eſſere abbrugiata: L'Italia tutta à Catilina ad eſſere ſaccheggiata.* Aliis occidendum dedit. *Lo diede ad altri ad eſſere ucciſo.*

De Gerundio *in Do*, Ablativi *Caſus*.

1. Ablativus Gerundii, modò ſine præpoſitione, modò verò cum præpoſitione ponitur. Cum denotat inſtrumentum, ſeu medium quoddam, ſine præpoſitione uſurpatur. Ecce exempla: Legendo Tullium, maximè proficio. *Io leggendo, ò con leggere Tullio, molto mi approfitto.* Deſcendendo, Cœlum aſcenditur. *Col diſcendere, ſi aſcende al Cielo.* Scribendo, diſces ſcribere. *Con lo ſcrivere, imparerai a ſcrivere.* Innocentes non loquendo, ſed moriendo Chriſti fidem confeſſi ſunt. *Gl'Innocenti non col parlare, ma*

col

col morire confeſsarono la Fede di Criſto. Alexander maximam laudem, equitando, jaculando, ac omnia tolerando, conſecutus eſt. *Aleſsandro conſeguì, ſi acquiſtò una maſſima lode, per mezzo del combattere a Cavallo, con lanciare i dardi, e con ſopportare tutte le diſgrazie*.

2. Cum autem motum de loco, originem, tractationem, vicem, & conjunctionem indicat, Præpoſitionibus jungitur, quæ ſunt, *Ab*, *A'*, *De*, *E'*, *Ex*, *in pro*, *& cum*. Ecce exempla: Ignavi citò a diſcendo deterrentur. *I pigri preſto ſi rimuovono dall' imparare*. Ab invidendo invidia dicitur. *L'Invidia ſi dice dall' invidiare*. Conſultatur de tranſeundo in Galliam. *Si tratta di paſsare in Francia*. Ex defendendo, quam ex accuſando, uberior gloria comparatur. *Si acquiſta maggior gloria dal difendere, che dall' accuſare*. In formando proceſſum. *Informare il Proceſso*. Pro vapulando, abs te mercedem petam. In cambio di eſſer battuto, ti chiederò il Salario. Pro ſtudendo, nugaris. *In vece di ſtudiare, fai bagatelle*. Scribendi ratio cum loquendo conjuncta eſt. *Il metodo di ſcrivere è congiunto col parlare*. Sed Præpoſitio, *in*, frequentiùs adhæret Gerundio in Do, quàm aliæ, quæ rarò in Lingua Latina reperiuntur unitæ cum Ablativo Gerundii: ut, in tuendo judicio: in formando proceſſu: in legendis epiſtolis, In cuſtodiendis illis retributio multa. In paſcendo grege diligentia. *In difendere il giudizio: in formare il proceſso: in leggere lettere: in oſservare quelli, ſi renderà molta retribuzione; La diligenza in paſcere il Gregge*.

De Gerundivis.

1. Gerundia, quæ Accuſativo gaudent, venuſtiùs in Gerundiva vertuntur, quæ a Grammaticis Gerundia Adjectivata appellantur, hoc eſt, Adjectivorum more, conſtructa.

2. Regula autem ad formanda Gerundiva hæc eſt: Mutatur Accuſativus Verbi in Nominativum, Genitivum, Dativum, & Ablativum, & Gerundium vertitur in Nomen adjectivum, & cohæret genere, & numero cum Subſtantivis, ſive cum Caſibus poſterioribus verbi. Ecce Exempla: *A me è neceſſario amare la Virtù. Sono deſideroſo di amare la Virtù. Attendo ad amare la Virtù. Sono pronto ad amare la Virtù. In amare la Virtù*. Per Gerundium, ſic latinè loquimur: Mihi amandum eſt virtutem. Sum cupidus amandi virtutem. Incumbo amando virtutem. Promptus ſum ad amandam virtutem. In amando virtutem. Per Gerundiva autem ſic affertur: *Mibi, vel a Me amanda eſt Virtus. Sum cupidus amandæ Virtutis. Incumbo amandæ Virtuti. Promptus ſum ad amandam virtutem. In amanda virtute*.

3. Gerundiva apud Latinos ſunt frequentiora, quam Gerundia, quia venuſtiorem reddunt Orationem Linguæ Latinæ. Ecce alia exempla: Zelo propagandæ fidei incenſus. *Acceſa dal zelo di propagare la Fede.* Religioni promovendæ ſedulò incubuit. *Diligentemente atteſe a promuovere la Religione*. Ad ſupplicia perferenda cohortatus eſt. *L'eſortò a tollerare i ſupplicii*. Ille non tenetur ad illam legem implendam. *Quello non è tenuto ad oſſervare quella legge*. In ſervando jejunio diligentiſſimus. *Diligentiſſimo in oſſervare il Digiuno*. Pro his conſequendis. *Per conſeguire queſte coſe*. In exequendis Divinis mandatis. *In eſeguire i Divini Comandamenti*. In inſectandis Hæreticis. *In perſeguitare gli Eretici*.

De Gerundiis Paſſivis.

1. Licet Gerundia, majori ex parte, activè uſurpentur, interdum tamen paſſivam quoque ſignificationem aſſumunt; tunc autem nullum poſt ſe caſum admittunt. Ecce exempla: Tibi, vel, a te petenda eſt pax.

pax: *Da te ſi deve domandare la pace*. Ubi Dominus multis impartivit varia genera ſanitatum, nec tempore, nec loco potuit ab ſtudio ſanandi turba cohiberi. *Dopoche il Signore compartì a molti varii generi di ſanità, nè dal tempo, nè dal luogo la Turba potè raffrenarſi dallo Studio, o diligenza, di eſſere riſanata*. Arymbas Athenas, erudiendi cauſa, miſſus. *Arimba, mandato in Atene, per eſſere ammaeſtrato*. Rubens ferrum non eſt habile tundendo. *Il ferro ruginoſo non è atto ad eſſere battuto*. Aqua nitroſa utilis eſt bibendo. *L'Acqua di Salnitro è utile ad eſſer bevuta*. Hæc ſunt perdifficilia ad judicandum. *Queſte coſe ſono molto difficili ad eſſere giudicate*. Ars ad dicendum facilis. *Arte facile ad impararſi*. Memoria, excolendo, augetur. *La Memoria ſi accreſce con eſſere eſercitata*. Uritque mulier videndo. *La Donna, col vederſi, o con eſſer veduta, accende*. Alitur Vitium, creſcitque tegendo. *Il vizio ſi nodriſce, e creſce, con eſſere coperto*.

2. Si verò addatur Agens, Gerundia paſſiva reſolvuntur ad Conjunctivum cum particula, *ut*, ſi fuerint caſus Genitivi, Dativi, & Accuſativi. Ablativus verò Gerundii reſolvitur, & ſuppletur, per particulam *dum*; E. g. *Quello và in Bologna, per eſſere ammaeſtrato da ottimi Maeſtri*. Ille Bononiam pergit, ut ab optimis Magiſtris erudiatur. *La Memoria ſi accreſce, con eſſere eſercitata da voi*. Memoria, dum a vobis excolitur, augetur.

SYLVULA

Nonnullis exornata Rudimentis, quæ ad Gerundia ſpectant.

1. AB Imperſonalibus tria ſunt in uſu Gerundia, nempe, *Pœnitendum*, *Pigendum*, *Pudendum*: E. g. Peccavimus, fratres, pœnitendum eſt, aut, ardendum. *Abbiamo peccato, ò fratelli, biſogna pen-*

tirſi, *ò ardere*. Tanta fuit vis pœnitendi. *Fù tanta la forza di pentirſi*. Non eſt tempus pigendi, ſed pudendi: *Non è tempo di eſſer pigro, ma vergognarſi*.

2. Interdum non invenuſtè Gerundium in Di genetivum pluralem, pro Accuſativo, admittit: E.g. Conceſſa eſt diripiendi pomorum, atque obſoniorum licentia. *E' ſtata conceduta la licenza di depredare i frutti, & i companatici*. Conceditur omnibus copia ſpectandi novarum Comœdiarum. *Si concede a tutti la comodità di ſtare a vedere nuove Comedie*. Quæ ſpectandorum Syderum arte pollebat, pro, ſpectandi Sydera. *La qual Nazione era dotata dell' Arte, ò ſcienza di contemplare gli corſi, gli effetti, & influſſi de' Pianeti*. Multi Principes Civitatis, tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa, profugerunt. Pro reprimendi tua conſilia. *Molti Principi della Città fuggirono da lontano, per abbattere i tuoi conſigli*. Sed hic dicendi modus rarò uſurpatur.

3. Apud Oratores, Hiſtoricos, & Poetas, pro Gerundiis, Infinita adhibentur: E.g. Jàm tempus, ad quod inſtituimus, accedere. *Ormai è tempo di venire à quello, che abbiamo determinato*. Haberet in animo navem conſcendere. *Averebbe in animo di montare in una Nave*. Tempus eſt de ordine argumentorum dicere. *E' tempo di trattare, ò diſcorrere, dell'ordine degli Argomenti*.

4. Hoc Verbum, *Curo, as*, Gerundivum, vel Infinitum ſibi aſſumit, non autem Gerundium: E.g. Curavi tuas litteras Romam perferendas, aut perferri: non autem ad perferendum. *Hò fatto mandare le tue Lettere in Roma*. Curavi, confici, vel, conficienda, vel, ut conficerentur multa negotia. *Hò fatto ſpedire molti negozii*.

5. Cùm per Gerundium in Di, in paſſivà ſignificatione, ſic italicè loquimur: *E' tempo di farſi la pace, ò la guerra*. Hujuſmodi dicendi formula latinè redditur per Infinitum, vel, per Conjunctivum, cum parti-

ticula, *ut*, ſic efferendo: Tempus eſt, aut pacem componi, aut bellum geri: Vel, Tempus eſt, ut pax componatur, aut bellum geratur. *Quello è deſideroſo di eſſere ajutato*. Ille eſt cupidus, ut aliquis ei auxilietur.

6. Adjectiva, *Aptus*, *idoneus*, *utilis*, *habilis*, *ſufficiens*, *potens &c.* Per figuram *Ellipſin*, aliquando reticentur: E.g. Nec ſolvendo æri alieno Reſpublica eſſet. *Nè eſſendo la Republica ſufficiente a pagare il debito: Non potendo la Republica ſodisfare al debito*. Sit ne aliquis plebeus ferendo magno honori? *Si ritrova forſi alcuno plebeo, atto a ſoſtenere gran' onore?*

7. Apud Nominativum Gerundii Amphibologia contingere poteſt, cum, præter Dativum communem, Verbum poſt ſe Dativum habet; E.g. *Mihi auxiliandum eſt Joanni*. Hujuſmodi autem Amphibologia ſolvitur, vel mutatione Verbi, vel reſolutione, in hunc modum: Mihi adjuvandus eſt Joannes: vel, me oportet auxiliari Joanni. In verbis autem, quæ in Paſſiva verti poſſunt, Amphibologia removetur mutatione Dativi in Ablativum cum præpoſitione, *A*, *vel*, *ab*: E.g. Mihi præſtandum eſt auxilium Petro: *A me præſtandum eſt auxilium Petro*; Et ſic ſermo amphibologicus, & ambiguus ab Oratione tollitur.

CAPUT V.

De Supinorum Conſtructione.

Quid, & Quotuplex ſit Supinum? Quare ſic appelletur? Quomodo conſtruatur?

1. SUpinum eſt Verbum participiale, ſeu nomen verbale; omniaque cum Gerundii vocibus communia habent. Duo autem ſunt Supina, nempe *in Um*, & *in V*: Supina in *Um* ſunt activæ ſignificationis: ut, Amatum, *ad amare*, *ò per amare*. Supina verò *in V*, ſunt paſſivæ ſignificationis; ut, Amatu, dictu, *ad amar-*

amarſi, a dirſi: ad eſſere amato; ad eſſer detto. Dicuntur autem Supina, quaſi ſuprema, hoc eſt, ultima ab inflexione verbi inventa.

2. Supina, in *Um*, ante ſe admittunt verba, quæ motum ad locum indicant: poſt ſe ſuorum verborum caſus. Ecce exempla: Legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium. *Mandano Ambaſciatori a Ceſare a domandare ajuto.* Nunc prodeo luſum talis. *Ora io me ne vado a giocare alli Dadi.* Me ultrò accuſatum advenit. *Di più viene ad accuſarmi.* Admonitum venimus te, non flagitatum. *Noi ſiamo venuti, per ammonirti, non per domandare.* Ite cœnatum, deambulatum, & cubitum. *Andate a cenare, a paſſeggiare, & a dormire.*

3. Supina in *V* dependent, atque reguntur a Nominibus adjectivis, nullumque poſt ſe caſum admittunt. Adjectiva verò ſunt iſta: *horrendum, facile, difficile, incredibile, mirabile, jucundum, ſuave, pulchrum, turpe, dignum, indignum, &c.* Ecce exempla: Hæc ſunt horrenda auditu. *Queſte coſe ſono orrende a ſentirſi, ò ad eſſere ſentite.* Mirabile viſu: incredibile dictu: facile comparatu: dignum memoratu. *Coſa maraviglioſa a vederſi: incredibile a dirſi: facile ad acquiſtarſi: degna ad eſſer rammentata.* O rem non modò viſu fœdam; ſed etiam auditu! *O coſa non ſolamente brutta a vederſi; mà anche ad udirſi!* Si verò addatur ablativus agens, non habet locum Supinum, ſed Conjunctivum cum particula, *ut;* E. g. *La virtù è degna di eſſere amata da tutti.* Virtus digna eſt, ut ab omnibus ametur: vel, quæ ab omnibus ametur. Ad eundem modum reſolvitur verbum, ſi Supino careat: E. g. *Queſta lezzione è difficile ad impararſi.* Hæc lectio difficilis eſt, ut diſcatur.

SYL-

SYLVULA

Nonnulla continens Rudimenta, quæ ad Supina ſpectant.

1. SUpina, *In Um*, his modis variari poteſt: E. g. *Io ſono venuto a domandare ajuto.* Veni rogatum auxilium: rogandi cauſa auxilium: ad rogandum auxilium: rogaturus auxilium: ut rogem auxilium: & Poetarum more, veni rogare auxilium.

2. Conſtructio verò Supini, *in V*, ſic variatur: E. g. *Le tue parole ſono dolci a ſentirſi.* Tua verba ſunt dulcia auditu; dulcia audiri: & dulcia, ut audiantur.

3. Interdum Poetæ, & Hiſtorici, pro Supino, in *Um*, Infinito utuntur: E. g. *Anderai a reprimere le ſquadre.* Ibis frænare cohortes, pro frænatum. *Vanno a trucidare Sempronio.* Trucidare pergunt Sempronium. *Non ſon venuto a disfare la Legge, mà per ademp͡irla.* Non veni ſolvere legem, ſed adimplere.

4. Verba, *Eo, & Pergo*, Supino, *in Um*, junguntur, Ecce exempla: Cupio venum ire, ideſt venundari. Ire perditum, nuptum, quæſitum, pro perdere, nubere, quærere. Defenſum pergere, & conſervatum, pro defendere, & conſervare.

5. Adjectiva, *Dignus, & Indignus*, elegantiùs adhærent Conjunctivo, quàm Supino *in V*; & pro particula, *ut*, Relativum, *Qui, quæ, quod*, venuſtè ſibi aſſumunt. Ecce exempla: *Quello è degno di eſſere amato.* Ille dignus eſt, qui ametur. *Chi penſatamente hà commeſſo alcun fallo, è degno di eſſer punito.* Qui data opera maleficium admiſit, dignus eſt, qui puniatur. *Degno di eſſere chiamato gloria, e ſplendore de' Prelati.* Dignus, qui gloria, & decus Præſulum vocaretur. *Degna veramente di eſſere rimirata dal Signore.* Digna planè, quàm reſpiceret Dominus. *Tu ſei degno di eſſere accarezzato da tutti.* Tu es dignus, cui om-

omnes blandiantur. *E' coſa indegna di eſſer ſeguita.* Indignum eſt, quod alii ſequantur. *Fu degno di eſſere ſtato ſeguito da molti Principi.* Dignus, quem Principes complures fuerint ſecuti. *Fu degno di dare la limoſina ad un Angelo in forma di Povero.* Dignus, qui Angelo, in ſpecie pauperis, eleemoſynam erogaret.

CAPUT VI.

De Participiorum Conſtructione.

Quid, & Quotuplex ſit Participium? Quare ſic Vocetur? Cur inventum? Quomodo conſtruatur? Quæ regula tenenda in Participiis formandis?

1. Participium eſt pars Orationis declinabilis, & quatuor numerantur, nempe Participium in Ans, vel, in Ens: Participium in Rus: Participium in Tus: & Participium in Dus: ut, *Amans, amaturus, amatus, & amandus: Legens, lecturus, lectus, & legendus.*

2. Dicitur Participium, quaſi *Particapium*; quia Nominis, verbique partem capit. A' nomine recipit Genera, Caſus, & Declinationes: à Verbo tempora, & ſignificationes: ab utroque numerum, & figuram.

3. Inventum eſt autem Participium, ornatus, ac brevitatis gratia; quia per ipſum Oratio brevior, & elegantior redditur, tollendo Pronomen, *ille, illa, illud*, & Relativum, *Qui, quæ, quod*: ut, Amantes virtutem, ideſt, illi, qui amant virtutem. Præficiendi Civitatibus. *Quelli che saranno per eſſere meſſi al governo delle Città.*

4. Participia ante ſe nullum admittunt caſum; ſed cum antecedente Subſtantivo, vel Pronomine genere, numero, & caſu concordant; poſt ſe autem caſus verborum, à quibus oriuntur, aſſumunt, ut infra conſtabit.

5. In formandis Participiis, hæc regula tenenda eſt:

eſt. Quoties ante duo verba Relativum occurrit, & invenitur, primum in Participium convertitur, & Relativum omittitur: E. g. *Il Maeſtro, che iſtruiſce la Gioventù, deve eſſere pio, e prudente.* Magiſter, juventutem inſtituens, pius, & prudens eſſe debet. *Magiſter inſtituens*, hoc eſt, Magiſter, qui inſtituit. Aliquando tamen Participium, & Relativum in ſermone conjunguntur; & tunc Oratio duo verba deſiderat, unum, quod Participio reſpondeat, alterum Relativo: E. g. Qui diem, noctemque in tormentis divinas laudes canentes, denique telis transfixi, ad martyrii gloriam pervenerunt. *I quali giorno, e notte nei tormenti cantando le divine lodi finalmente trapaſſati con frezze, arrivarono alla gloria del Martirio.* O nimium felices illos, qui in hoc ſæculo degentes, vitam æmulantur angelicam. *O molto felici quelli, i quali dimorando in queſto Secolo, menano vita Angelica.*

De Participio *in Ans*, vel *in Ens*.

1. Participium, *in Ans*, vel, *in Ens*, eſt temporis præſentis, & præteriti imperfecti, activæque ſignificationis. Formatur à prima perſona præteriti imperfecti Indicativi, mutata ultima ſyllaba, *bam*, aut, *bar*, *in Ans*, vel, *in Ens*: ut, Amabam, legebam, ſequebar, hinc formantur Participia, *Amans*, *legens*, *ſequens*, quorum vulgaria italica ſunt hæc: *Amando, leggendo, ſeguendo: Che ama, & amava: legge, e leggeva: ſegue, e ſeguiva: Mentre ama, & amava &c.* Oritur a verbis Activis, Communibus, Neutris, & Deponentibus. Concordat cum antecedente ſubſtantivo, vel, Pronomine, genere, numero, & caſu: poſt ſe aſſumit caſus verborum, à quibus derivatur. Ecce exempla: Nutrix, amplectens alumnum ſuum, uberibus lactat. *La Balia, ò Nutrice abbracciando il ſuo allievo, ò fanciullo, lo latta, gli da la poppa.* Pueri, ſine Baptiſmo decedentes, cœleſti

Bea-

Beatitudine carebunt. *I fanciulli, che muojonò ſenza Batteſimo, ſaranno privi della celeſte Beatitudine.* Cigitanti mihi de Mariæ Magdalenæ lacrymis, magis libet flere, quàm aliquid dicere. *Penſando io alle lagrime di Maria Maddalena, godo più di piangere, che dire qualche coſa: Conſiderando io le lagrime &c.*

Beneficia Eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam exigentia, piis, doctiſque Sacerdotibus conferantur. *Gli Beneficii Eccleſiaſtici, che ricercano la reſidenza perſonale, ſi conferiſchino à gli pii, e dotti Sacerdoti.* Amantes, ſtudentes, pugnantes, morientes. *Quelli, che amano: Quelli, che ſtudiano: Quelli, che combattono: Quelli, che muojono.* Ex hac vita decedentes. *Quei, che partono da queſta vita.* Loquentem ne interpelles. *Non interrompete quello, che diſcorre.* Interroganti reſponde placidè. *Riſpondi placevolmente à chi t'interroga.* Hæc, & ſimilia Participia, quæ in Lingua Latina ſine expreſſo antecedente ponuntur, à ſubintellecto Pronomine, *ille, illa, illud*, & Relativo, *Qui, quæ, quod*, dependent.

2. Verba, *Video, audio, invenio, reperio, & obſervo*, eleganter junguntur Participio *in Ans*, vel *in Ens*. Ecce exempla: Audio præceptorem vociferantem. *Sento gridare il Maeſtro.* Inveni te humijacentem. *Ti hò trovato à giacere in terra.* Ego obſervabam te, ludentem cum Guſmanulo. *Io ti oſſervava, e vedevo giuocare con Guſmanoluccio.*

De Participio *in Rus*.

1. Participium, *in Rus*, eſt futuri temporis, ac activæ ſignificationis. Oritur à verbis Activis, Communibus, Neutris, & Deponentibus. Formatur à Supino in V, addita ſyllaba, *Rus*: ut, Amatu, auditu, hinc formatur Participium, *Amaturus, a, um: Auditurus, a, um.* Concordat cum Antecedente Nomine, vel Pronomine, genere, numero, & caſu; poſt ſe caſus

Ver-

Verborum retinet. Ejus vulgaria ſunt iſta: Amaturus. *Dovendo, ò eſſendo per amare, farò per amare, che amerò &c.* Ecce Exempla: Res, diu duratura, tardiùs creſcit. *Una coſa, che è per durare longo tempo, più tardamente creſce.* Tibi peregrè ituro, ocreæ competunt. *A te, che ſei per andare in pellegrinaggio, ò che devi far viaggio, convengonſi i ſtivali.* Adducendi nos ſumus ad Chriſti Tribunal, eorum, quæ in vita geſſerimus, rationem reddituri. *Noi dovemo eſser condotti al Tribunale di Criſto, per rendere conto di quelle coſe, che averemo fatte in vita.* Prædicaturus vobis ſacratiſſimum, maximumque jejunium, quo aptiùs utar exordio, quàm ut verbis Apoſtoli &c. *Dovendo io predicarvi il ſagratiſſimo, e maſſimo Digiuno, di qual Eſordio più attamente mi ſervirò, che delle parole dell' Apoſtolo &c.* Participio *in Rus*, venuſtè attribuuntur, hæc vulgaria: *Con animo, con volontà, con penſiero, con propoſito, con intenzione di fare, dire &c. Stando per: Eſſendo per.* E.g. Adveni Galliam petiturus. *Son venuto con animo di andare in Francia.* Ego diſceſſurus. *Stando io per partire, ò eſſendo io per partire.*

2. Participium, *in Rus*, jungitur verbo ſubſtantivo, *ſum, es, eſt*, Verbiſque motum ſignificantibus. E. g. Quidquid per diem acturus es, offer Deo puriſſima intentione. *Ciò, che ſei per fare nel giorno, offerirſelo à Dio con puriſſima intenzione.* Veni huc, te viſurus. *Sono venuto in queſto luogo, per vederti.* Diſcedo Camerino, Romam iturus. *Parto da Camerino, per andare in Roma.*

3. Participium *in Rus*, ſæpius neceſſitatem, aut officium indicat. E. g. Salvator noſter, diſceſſurus ex hoc Mundo ad Patrem, Sacramentum Euchariſtiæ inſtituit. *Il noſtro Salvatore, dovendo partire da queſto Mondo, per ritornare al Padre iſtituì il Sagramento dell' Euchariſtia.* Unde Participium, *diſceſſurus*, non ſignificat, qui diſcedet; ſed, qui diſceſſurus erat, vel qui diſcedere debebat. *Et appreſſo Ovidio ſi legge.* Miſit in

arſuros carmina noſtra, rogos. Ideſt in rogos, qui arſuri erant, vel qui ardere debebant; non, qui ardebunt. *Miſe i noſtri Carmi, ò Rime, nelle Cataſte di legna, che erano per ardere, ò che doveano ardere.*

De Participio *in Tus.*

1. Participium, *in Tus*, eſt temporis præteriti, & ſignificationis paſſivæ, ac etiam activæ. Formatur à Supino in V, addita litera, S; ut, Amatu, hinc fit *Amatus, a, tum.* Oritur à Paſſivis, Communibus, Deponentibus, & à quibuſdam Neutris Paſſivis. Concordat cum antecedente Nomine, vel Pronomine, genere, numero, & caſu: poſt ſe admittit caſum ſui Verbi. Ejus vulgaria ſunt iſta: Amatus, *Amato, eſſendo ſtato amato, che fù amato.* Ecce Exempla. Ancus, ingenti præda potitus, Romam redit. *Il Re Anco, impatronitoſi d'una preda aſſai grande, ritorna in Roma.* Sanam doctrinam, à Sanctis Patribus traditam, omnes tenere debent. *Tutti devono tenere la ſana dottrina, inſegnata dai Santi Padri.* Alexander urbem, deſtitutam à ſuis, intrat. *Aleſſandro entra nella Città, abbandonata da' ſuoi.* Arcem oppugnare adorſus. *Havendo cominciato à battere la Fortezza.* Hilarius in Aquitania nobili genere natus. *Ilario nato di nobil genere in Aquitania, ò Guaſcogna.*

De Participio *in Dus.*

1. Participium, *in Dus*, eſt futuri temporis, & paſſivæ ſignificationis. Formatur à genitivo ſingulari Participii in Ans, vel in Ens, mutata ſyllaba, *Tis*, in dus; ut Amantis, legentis, hinc formantur Participia, Amandus, da, dum; & legendus, da, dum. Ejus vulgaria ſunt: *da amarſi, dovendo eſſere amato, eſſendoſi per amare, che ſi amerà.* Deſcendit à Paſſivis, & Com-

Communibus paſſivè uſurpatis. Concordat cum antecedente Nomine, vel, Pronomine, & ablativum cum præpoſitione, *à*, *vel*, *ab*, admittit. Ecce exempla: Locus, à te eligendus, eſt parùm ſalubris. *Il luogo, da eleggerſi da te, è poco ſalutevole.* Onera, à vobis amplectenda, ſunt digna, quæ ferantur. *Gli peſi, da abbracciarſi, ò che ſi abbraccieranno da voi, ſono degni di eſſer portati.* Ad minores Ordines promovendi. *Quelli che ſaranno per eſſere promoſſi: che dovranno eſſere promoſſi agli Ordini Minori.* Promovendi ad Eccleſias. *Quelli, che ſaranno promoſſi, ò ſaranno per eſſere promoſſi alle Chieſe.* Præficiendi Civitatibus. *Quei, che ſaranno per eſſer meſſi al governo delle Città.* Numerus Electorum, in ſuperna felicitate locandus, ſoli Deo cognitus eſt. *Al ſolo Dio è cognito il numero degli Eletti, da collocarſi nella Sovrana felicità.*

2. Participium *in Dus*, ſæpe adhæret verbo, *Sum*, *es*, *eſt*, & neceſſitatem ſignificat: ut, Adducendi nos ſumus ad Chriſti Tribunal, eorum, quæ in vita geſſerimus, rationem redditùri. *Noi dovemo eſſer condotti al Tribunale di Criſto, per render conto di quelle coſe, che averemo fatte in vita.*

3. Interdum hoc Participium obligationem quamdam, ſeu debitum ſignificat: E. g. Gravi ſcelere ſe adſtringunt, qui Dei nomen, ab omnibus benedicendum, blaſphemare audeat. *Grave ſceleraggine commettono quelli, che ardiſcono biaſtemmare il Nome di Dio, che da tutti ſi deve benedire, e lodare.* Ab omnibus benedicendum, hoc eſt, quod ab omnibus benedici debet; vel, quod dignum eſt, ut ab omnibus benedicatur.

De Participio Abſoluto.

1. Omnia Participia, præcipuè verò præſentis, & præteriti temporis, ſi deſuerit verbum, à quo regantur, cum ſuo Nomine, vel Pronomine copulata, ponuntur in ſeptimo caſu, ſeu, Ablativo ſine præpoſitione;

ne; & *Abſoluta* dicuntur, ideſt, perfecta; quia ex ſe perfectum, & abſolutum ſenſum efficiunt; & abſolutè, ſine alterius verbi dependentia, in Oratione collocantur.

Ecce multa, & varia Exempla, unde Tyronibus via traducendi hujuſmodi Conſtructionem in Linguam italicam aperitur.

Naſcente Domino luctus cœpit.
Naſcendo il Signore, cominciò il lutto.
Moriente Redemptore, Terra tremuit.
Morendo il Redentore, la Terra tremò.
Abſoluta Comœdia, omnes abierunt.
Finita la Comedia, tutti andarono via.
Ubi palma ei victum, & veſtitum præbente.
Dove la Palma ſomminiſtrandogli il vitto, e veſtito.
Locorum, & perſonarum qualitate penſata.
Conſiderata la qualità de' luoghi, e delle perſone.
Viro reverendiſſimo Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo prædicante.
Mentre predicava Leandro, Uomo Reverendiſſimo, Veſcovo di Siviglia.
Marco Antonino Imperatore Chriſtianos perſequente.
A tempo, che perſeguitava i Criſtiani Marco Antonino Imperadore.
Illo loquente. Videntibus illis.
Mentre quello parlava. Quelli rimirandolo.
Cicerone Conſule, res Romana majorem in modum floruit
Eſſendo Cicerone Conſole: ò a tempo, che Cicerone era Conſole, l'Imperio Romano fiorì fuor di modo.
Conſcia Uxore ſua.
Eſſendo di ciò conſapevole ſua Moglie.
Trajano Imperatore.
A tempo, che era Imperadore Trajano.

Liberio ſummo Pontifice.
A tempo di Liberio ſommo Ponteſice.
Eo duce: Deo auxiliante: Deo jubente.
Sotto la ſcorta di quello: Eſſendo quello la guida: Con l'ajuto di Dio: Per ordine di Dio: Comandandoglielo Iddio.
Pontifice auctore.
Per conſiglio, impulſo, e perſuaſione del Ponteſice.
Inſcio proprio paſtore.
Senza ſaputa del proprio Paſtore.
Invitis parentibus.
Contro voglia de' Genitori.
Spiritu Sancto ſuggerente.
Per iſpirazione dello Spirito Santo.
Humani generis hoſte ſuadente.
Per ſuggeſtione del Demonio.
Fabricante Diabolo.
Per artificio del Diavolo.
Natura mirante.
Reſtandone ammirata la natura.
Te rectore, te duce.
Eſſendo tu il noſtro Rettore, e la noſtra guida.
Flagitante Rege: Epiſcopo conſentiente.
Ad iſtanza del Rè: Col conſenſo del Veſcovo.
Inſtante morte: Patre mortuo.
Eſſendo imminente la morte. Dopo la morte del Padre.
Diligenti prævio examine.
Premeſſo un diligente eſame.
Mox alternante Parentum fortuna.
Dopo mutandoſi, ò variandoſi, la fortuna de' Genitori.
Ipſis conniventibus.
Eſſi chiudendo gl'occhi, ò diſſimulando.
Devicta morte, hoceſt, poſt devictam mortem.
Dopo vinta, e ſuperata la Morte.
Metropolitano inſtante.
Ad inſtanza del Metropolitano.
Mandante Epiſcopo.

Per comandamento del Veſcovo.
His itaque compoſitis.
Onde avendo in queſta guiſa aggiuſtate le coſe.
Hoc mulierum errore comperto.
Inteſo queſto errore delle Donne.
Premiſſo nuntio.
Mandato avanti un Meſſaggiere.
Confecto bello.
Terminata la guerra.
Vendita re familiari.
Venduta la robba di Caſa.
Peracta Oratione.
Terminata la Predica, ò il diſcorſo.
Cleandro cum pecunia miſſo.
Mandato Cleandro con denari.
Venturo Cæſare, hoſtes fugerunt.
Dovendo venire Ceſare, i Nemici fuggirono.
Indulgentiis in ſuo robore permanſuris.
L'Indulgenze reſteranno, ò ſaranno per reſtare nel loro vigore.
Abſolvendo Reo, unuſquiſque malè aget.
Dovendo eſſere aſſoluto il Reo, ciaſcuno farà del male.
Naſcituro cum humanis membris Unigenito Dei.
Dovendo naſcere con l'umane membra l'Unigenito di Dio.

S Y L V U L A

Plurima exhibens Rudimenta, quæ ad Participii Conſtructionem ſpectant.

1. Participium, *Ens*, non exprimitur, nec eſt in uſu apud Latinos, ſed tacitè in Oratione ſubintelligitur: ut, *Cicerone Conſule: Liberio Summo Pontifice: Clodoveo Imperatore: Me duce, Te Rege, Illo doctore: Me magiſtro.* In quibus dicendi formulis ſubintelligitur, *Sum, es, eſt*, ut ſit ſenſus: Cum eſſet Ci-

Cicero Conſul: Tempore, quo Liberius erat Summus Pontifex, & ſic de aliis. Italice: *Eſſendo Cicerone Conſole: A tempo, che Liberio era Sommo Ponte. fice: Nel tempo, che era Imperadore Clodoveo. Eſſendo io la guida: Eſſendo voi Rè: Eſſendo Quello Dottore: Eſſendo io Maeſtro.*

2. Particicipia migrant in Nomina multis modis. Primò, *Conſtructione*; idque fit, quando Participium non regit caſum ſui verbi, ſed genitivum: E. g. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini. *Saulo ancora ſpirando, ò mandando fuori, minaccie, e ſtrage contro i Diſcepoli del Signore.* Spirans igitur minarum, Nomen eſt: Spirans minas, & cędem, Participium eſt. Rex unus, tanti mali patiens, circuire milites. *Solo il Rè, tolerando tanti travagli, andava intorno alli ſoldati.* Sic, Homo abſtinens pecuniæ: Mulier abundans lactis: Ferens laborum: Fugitans litium: Servans æqui: Intelligens juris. Et hic loquendi modus eleganter apud optimos Scriptores uſurpatur. *Secundò*, cum adhæret dativo: ut, Acceptus illi: dilectus Deo, & hominibus. Præfectus urbis, nomen eſt: Præfectus autem urbi, Participium eſt: *Tertiò*, Compoſitione, cum ſcilicet componuntur ex præpoſitionibus, ex quibus eorum Verba componi non poſſunt: ut, *Indoctus, inultus, impunitus, innocens &c. Quartò*, temporis amiſſione, nempe cum tempus ſignificare deſinunt: ut, *Vita laudata, homo doctus, viri eruditi. Quintò* denique, Comparatione, nempe cum Participia comparantur: ut, *Amans, amantior, amantiſſimus: Doctus, doctior, doctiſſimus.*

3 Participium Abſolutum eleganter ponitur in principio Orationis, & præponitur perſonæ, ad quam refertur. Ecce Exempla: Nativitate Regis noſtri cognita, Herodes ad callida argumenta convertitur. *Erode, inteſa la Naſcita del noſtro Rè, ſi rivolta à maligni argomenti, e perverſe machinazioni.* Viſis tot

 ſignis,

ſignis, tantiſque virtutibus, non ſcandalizari quisque potuit, ſed admirari. *Veduti tanti miracoli, e tante virtù, ciaſcuno non potette ſcandalizzarſi, ma ammirarſene.* Mitigato ejus animo, Rex quartis Caſtris pervenit ad Tigrim fluvium. *Il Rè, mitigato, che ebbe l'animo di lei, in quattro alloggiamenti arrivò al fiume Tigri.*

4. Participium, *in Dus*, convenit cum Gerundio voce, ſed differt ſignificatu; Gerundium enim ſignificat adminiſtrationem rei ſine tempore; Participium verò adminiſtrationem rei cum tempore: ut, Me tenet deſiderium poſſidendæ cœleſtis gloriæ. *Gerundium eſt*; Dicendo autem: Me tenet deſiderium cœleſtis gloriæ à piis poſſidendæ, *Participium eſt*.

5. Particula, *jam*, geminata, temporis celeritatem indicat, & ſæpe, atque eleganter Participio, *in Dus*, jungitur: E. g. Mortem jàm jàm ſubiturus. *Già, già ſtanno per incontrare la Morte: Già quaſi ſtanno per perdere la vita: Ora, ora, in quel punto, ſtanno per eſſere uccisi. Jàm, jàm deſino. Son vicino à finire.*

6. Nonnulla verba formant Participium *in Dus* diverſimodè ab aliis: ut, Orior, *Oriturus*: Naſcor, *naſciturus*: Morior, *moriturus*: Arguo, *arguiturus*: Pario, *pariturus*: Eruo, *eruiturus*. Non autem orturus, morturus, naturus &c.

7. Ponitur quandoque Participium abſolutè abſque aliquo nomine, vel pronomine; & tunc Oratio ſupplet locum ſubſtantivi. Ecce exempla: Nondum comperto, quam Regionem Hoſtes petiſſent. *Non eſſendoſi ancora ſaputo, che Paeſe gli Nemici aveſſero aſſalito.* Audito, Caſtellum Lippiæ obſideri. *Eſſendoſi inteſo, che il Caſtello di Lippia era aſſediato.* Neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde vivere commodè poſſit. *Nè quella rinunzia ſi ammetta, ſe non ſaputo, ſe non ſia ſtato notificato, che altronde, ò con altre entrate poſſi comodamente vivere.* Romæ nondum cognito, qui fuiſſent exitus in Illyrico. *Non eſſendoſi*

doſi ancora inteſo in Roma , come foſſero riuſcite le coſe della Schiavonia. Excepto, quod carnem cum ſanguine non comedetis. *Eccettuato, ò trattone queſto, che non mangiarete la Carne col Sangue* . Hujuſmodi autem Participium regitur à ſubintellecto pronomine , *hoc*, vel, *eo*: ut ſit ſenſus: Conſtito, comperto, audito &c. nempe, Niſi conſtito hoc, vel eo: Hoc comperto: Hoc audito: Hoc excepto, quod figuratè, & brevitatis cauſa omittitur.

8. Particula italica, *ſenza*, juncta Infinito paſſivo, poteſt ſibi aſſumere participium *in Tus*: E. g. Non accerſitus veniſti. *Tu, ſenza eſſere chiamato, ſei venuto*. Apud alterum, ſe, non invitatus, invitat. *In Caſa dell'altro invita ſe ſteſſo, ſenza eſſere invitato*. Sic, Impunitus, inultus, incœnatus. *Senza eſſere punito, ſenza eſſere caſtigato, ſenza cenare, ò ſenza cena*. Inſcio proprio paſtore. *Senza ſaputa del proprio Paſtore*. Nemo non ſtudens, vel, niſi ſtudeat, poteſt evadere doctus. *Neſſuno, ſenza ſtudiare, può diventar dotto*. Non verberatus. *Senza eſſer battuto*. Non expulſus. *Senza eſſer mandato via*.

9. Cum italicè dicimus: *Con gran fatica, con gran diligenza*: Latinè, & venuſtè fit: Magno adhibito labore: magna adhibita diligentia. *Con l'ajuto di Dio*. Deo auxiliante, vel favente, vel annuente. *Con l'interceſſione de' Santi*. Sanctis intercedentibus. *Alla preſenza de' Teſtimonii*. Teſtibus præſentibus. *Per ordine di Dio*. Deo jubente. *Col tuo ajuto*. Te auxiliante. *Con la tua guida*. Te ducente. *Per tuo beneficio*. Te largiente. *Per l'impedimento della Corazza*. Lorica obſtante.

10. A verbis Imperſonalibus nulla fiunt Participia, præter iſta: Decens, libens, pœnitendus, pudendus, pigendus, & pertæſus, ab antiquo verbo, *Pertædeor*: E. g. *Attediati dal viaggio, e dalla fatica*. Itineris, & laboris pertæſi.

11. Duæ res impediunt, quominus participio uti liceat. Primùm, quando Relativum, ſive tacitum, ſive

ve expreſſum non cadit in Nominativum. Deinde, quando participium in illo verbo, &c. in illo tempore non invenitur. Unde ſi verbum Supino careat, duobus etiam Participiis carebit, nempe *in Rus*, & *in Tus*, quibus deſtituuntur *ſtudeo*, *Diſco*, *Memini*, *Careo*, & ſimilia. E. g. *I poveri, ajutati da voi, non moriranno di fame*. Pauperes, quibus vos auxiliati fuiſtis, fame non peribunt. Modò Participium locum non habet, quia Relativum non cadit in nominativum, ſed in Caſum obliquum. *La Gramatica, ſtudiata da me, pochi l'intendono*. Similiter in hoc exemplo, uti non licet Participio; quia Relativum non cadit in Nominativum. Unde reſolutione opus eſt: Grammaticam, cui ego ſtudui, pauci intelligunt.

12. Cum duo verba Activa præteriti perfecti ab eodem agente pendent, & ad eandem perſonam patientem referuntur, primum venuſtè in Participium *in Tus*, vertitur, alterum verò Participium regit: E. g. *Il Maeſtro avendo fatto chiamare alcuni Scolari, gli riprese aſpramente*. Magiſter accerſitos quoſdam diſcipulos, ſeverè reprehendit. Eorum Reliquias Florentia unguentis conditas, honorificè ſepelivit. *Florenza imbalſimò le loro Riliquie, e con gran onore le ſepellì*. Quare Celerinus Præfectus comprehenſos tradidit Claudio Tribuno. *Onde Celerino Prefetto avendoli fatti prendere, gli conſegnò à Claudio Tribuno*. Collectas ejus Reliquias piis exequiis ſepelivit. *Avendo raccolte le ſue Reliquie, con pie eſequie le ſepellì*. Alterum verbum poteſt eſſe etiam temporis præſentis. E. g. Prætor vocatum ad ſe Primum, ſic affatur. *Il Pretore chiamato avanti di ſe Primo, così gli parla*: Il Pretore avendo fatto chiamare &c.

13. *Participii Reſolutio*. Duplex eſt Participii Reſolutio, ideſt Relativa, & Conjunctiva. Relativa eſt cum Participium reſolvitur per Relativum, *Qui*, *quæ*, *quod*, ſuo ſervato tempore. Id autem accidit quando verbo Supino caret, vel Relativum non cadit in Nomi-

mi-

minativum: E. g. *La Veſte ſpogliata à te, ſi metterà à me*. Veſte, qua indutus es, ipſe induar. Reſolutio verò Conjunctiva dicitur illa, per quam Participium reſolvitur ad Conjunctivum cum particula, *Cum*, vel *Dum*: vel ad Indicativum, cum particula, *Ubi*, *Dum* *&c.* Id autem accidit præcipuè in Participiis Abſolutis. E. g. Confecto bello, milites dimiſſi ſunt. *Reſolutio*: Cum bellum eſſet confectum &c. Pueri ſtudentes. Ideſt Dum ſtudent. Cornelius ſpolians: ideſt, Dum ſpoliabat.

14. *Participii Derivatio*. Ab Activis duo fiunt Participia, *in Ans*, vel, *in Ens*, & *in Rus*: ut *Amans*, *amaturus*: *Legens*, *lecturus*. A paſſivis item duo, nempe *in Tus*, & *in Dus*: ut, *Amatus*, *& amandus*. A Neutris duo, *ſerviens*, *& ſerviturus*: Sed à Tranſitivis quatuor, *Arans*, *araturus*, *aratus*, *& arandus*. A Neutris paſſivis tria, *Gaudens*, *gaviſus*, *gaviſurus*. A Communibus tria in activa ſignificatione, *Amplectens*, *amplexus*, *& amplexurus*: Duo vero in paſſiva, *Amplexus*, *& amplectendus*. A Deponentibus tria: ut, *ſequens*, *ſecutus*, *& ſecuturus*.

15. Participium, *in Dus*, convenit cum Gerundio voce, differt autem ſignificatu. Gerundium enim ſignificat adminiſtrationem rei ſine tempore; participium verò adminiſtrationem rei cum tempore: ut, *Me tenet deſiderium poſſidendæ cœleſtis gloriæ*: Gerundium, ſeu Gerundivum eſt: *Me tenet deſiderium cœleſtis gloriæ, à piis poſſidendæ*: Participium eſt; ut alibi dictum eſt.

CAPUT VII.

De Comparativorum Conſtructione.

Quid, & Quotuplex ſit Comparativum? Ejus Formatio, Derivatio, & Conſtructio.

1. Comparativum eſt nomen, quod rem vel attollit, vel deprimit: ut, *Major*, *minor*: *Nobilior*, *igno-*

ignobilior : *ſapidior*, *inſipidior* ; Comparativum dicitur *à comparo*, unde oritur Comparatio, quæ eſt rei ad rem collatio, & in qualitate, vel quantitate aliquod alteri præponitur: E. g. *Le noſtre ſcuole ſono più belle, e più ample dell'altre*. Noſtra Gymnaſia ſunt pulchriora, & ampliora, quàm alia.

2. Comparativum duplex eſt, Abſolutum, & Reſpectivum. Abſolutum eſt illud, quod abſolutè ponitur, ſine reſpectu ad aliud, & in Lingua Latina ſæpe reperitur. E. g. Audiens ſapiens, ſapientior erit. Motus naturalis in fine fortior. Quò profundior radix, arbor ſolidior, atque fœcundior. Docet, ut quanto caſtior virgo, tantò humilior ſit. *L'Vomo ſaggio ſentendo le dottrine de' ſapienti, ſarà più ſapiente. Il moto naturale in fine è più forte. Quanto più profonda è la radica, l'albero ſarà più ſodo, e più fecondo. Conviene, che quanto più la Vergine è caſta, tanto più umile ſia.*

3. Comparativum verò Reſpectivum dicitur illud, quod reſpicit perſonam alterius, & habet terminum, *à quo*, & *ad quem*, nempe id, quod comparatur, atque id, cui fit comparatio: E. g. *Il Sole è più riſplendente della Luna*. Sol eſt clarior Luna. Sol dicitur terminus, *à quo*, unde incipit comparatio: Luna verò terminus, *ad quem*, quò refertur, ac terminatur comparatio

4. Comparativum formatur à ſecundo, vel, tertio Adjectivi caſu, in i. deſinente, additis ſyllabis *or*, *et*, *us* : ut, Callidus, *Genitivo*, callidi, hinc fit callidior, & callidius. Diligens, *Genitivo*, diligenti : *Dativo*, diligenti, hinc formatur Comparativum, diligentior, & diligentius. Comparativum autem declinatur per tres articulos, & duas voces, *in or*, pro communi genere; & *in us*, pro neutro: ut, hic, & hæc dulcior, & hoc dulcius: Pluraliter, hi, & hæ dulciores, & hæc dulciora. Et ſic declinantur omnia nomina Comparativa, & excurrunt per omnes caſus: ut, *Nominativo*, hic, & hæc doctior, & hoc doctius.

Ge-

Genitivo, doctioris. *Dativo*, doctiori. *Accuſativo*, hunc & hanc doctiorem, & hoc doctius. *Vocativo*, O doctior, & o doctius. *Ablativo*, ab hoc, & ab hac doctiore, vel doctiori. Pluraliter, *Nominativo*, hi & hæ doctiores, & hæc doctiora. *Genitivo*, horum, & harum, & horum doctiorum. *Dativo*, his doctioribus. *Accuſativo*, hos, & has doctiores, & hæc doctiora. *Vocativo*, O doctiores, & ò doctiora. *Ablativo*, ab his doctioribus.

5. Sola fermè Adjectiva comparantur. Hinc Comparativum derivatur à Nominibus præſertim Adjectivis, quorum ſignificatio augeri, vel minui poteſt: ut, à Doctus fit *Doctior*: à Callidus, *Callidior*: ab Excelſus, *Excelſior*, & ſic de aliis. Deinde, ad imitationem Nominum, derivatur etiam a nonnullis Adverbiis, & Præpoſitionibus: ut, ſæpe, *ſæpius*: Ocyter, *ocyus*: frequenter, *frequentius*: Velociter, *Velocius*. Ulter, *ulterius*: Citer, *citerius*. Item ab aliquibus Subſtantivis: ut, Senex, *Senior*: Juvenis, *juvenior*: Adoleſcens, *adoleſcentior*. Denique à nonnullis Verbalibus: ut, Maledicus, *maledicentior*: Magniloquus, *magniloquior*: Benevolus, *benevolentior*: Magnificus, *magnificentior*. Et à Participio, Amans, tis, fit *Amantior*, *& hoc amantius*: Pluraliter, *Amantiores*, & hæc *amantiora*.

6. Comparativum ante ſe nullum caſum admittit, ſed genere, numero, & caſu cum antecedente Nomine, vel Pronomine concordat; poſt ſe Ablativum ſine Præpoſitione: Ecce Exempla. Phœnix eſt pulchrior Pavone. *La Fenice è più bella del Pavone*. Serpens eſt callidior cunctis animantibus Terræ: *Il Serpente è più aſtuto di tutti gli Animali della Terra*. Salomon ſapientior fuit cunctis hominibus. *Salomone fù più ſapiente di tutti gli Uomini*. Aurum eſt argento pretioſius. *L'Oro è più prezioſo dell'Argento*. Majora ſunt præmiis pericula. *Gli pericoli ſono maggiori de' premii*. Alii ſunt aliis prudentiores. *Alcuni ſono più pruden-*

denti degl' altri. Alii aliis ſanctiores. *Altri ſono più ſanti degl' altri*. Ille Cygno dulcius canit. *Quello canta più dolcemente del Cigno*. Ille eſt diligentior te. *Quello è più diligente di tè*.

7. Ablativus, quo gaudet Comparativum, mutari poteſt in Nominativum cum particula, *Quàm*, ſeu in alium caſum, ſicut requirit Conſtructio Verbi interpoſiti. Ecce Exempla; Meliora ſunt opera gratiæ, quàm opera naturæ. *Sono migliori l' opere della grazia, che l' opere della Natura*. Caſeus recens eſt alibilior, quàm vetus. *Il Caſcio freſco è più nutritivo del vecchio*. Neminem vidi callidiorem, quàm Formionem. *Non hò veduto più ſcaltrito di Formione, ò quanto Formione*.

Tu innocentior es, quàm Metellus. *Tu ſei più innocente di Metello*. Qui quemquam meliorem, quàm ſe non arbitraretur. *Che non ſtimaſſe alcuno miglior di ſe*. Legi opera Ciceronis, doctioris, quàm Valerius fuit. *Hò letto l' opere di Cicerone, più dotto di Valerio*. Verbum, *Sum, es, eſt*, interdum Comparativo jungitur, quando accedit particula, *Quàm*, ut dictum eſt in ultimo exemplo.

8 Comparativum recipere poteſt alium Ablativum, ſignificantem exceſſum alicujus rei, qua aliquis alterum ſuperat. Ecce exempla: Cerva magnitudine eſt major canibus. *La Cerva di grandezza è maggiore de' Cani*. Turres denis pedibus, quàm murus, altiores ſunt. *Le Torri ſono più alte delle mura dieci piedi*. Ablativi, *magnitudine*, & *denis pedibus*, vocantur Ablativi exceſſus:

9. Comparativis hæc junguntur Adverbia, *Longè, multò, aliquantò, paulò, nihilò, nimiò*. Ecce Exempla: Longè, vel multò præſtantior eſt Chriſtiana humilitas, & ſervitus Regum opibus, & ſuperbia. *L' Umiltà, e ſervitù Criſtiana è molto più eccellente delle ricchezze, e ſuperbia dei Rè*. Petrus eſt paulò prudentior Joanne. *Pietro è un poco più prudente di Giovanni*

ni. Nihilo ſapientior Ille, qui te deridet. *Niente più ſapiente è quello, che ti ſcherniſce*. Nimiò adſtrictior ſum tibi, quàm cæteri homines. *Io ti ſono di gran lunga più obbligato, che gl'altri Uomini*. Mare Caſpium eſt aliquantò dulcius cæteris. *Il Mare Caſpio è alquanto più dolce degl' altri, ò che gli altri*.

10. Adverbia, *Hòc, Quò: Tantò, quantò: Eò, quò,* ſunt mutuò connexa, & ſibi invicem reſpondent cum duobus Comparativis. Ecce Exempla: Quò profundior radix, eò ſolidior, atque fœcundior arbor. *Quanto più profonda è la radica, tanto più ſodo e fecondo ſarà l' Albero*. Quanto avidior appetentia, tantò eſca jucundior. *Quanto più è grande l' appetenza, tanto più ſaporoſo ſarà il cibo*. Quò propinquor es fini, eò expeditior tende ad Deum. *Quanto ſei più vicino al fine, tanto più ſpedito, e pronto attendi à ſervire à Dio*. Quò propiori gradu amicitiæ me contingis, hòc majus eſt diſſimulationis tuæ facinus. *In quanto più alto grado di amicizia mi ſei appreſſo, tanto maggiore e l' errore della tua finzione*.

S Y L V U L A

Quamplurima exhibens Rudimenta, quæ ad Comparativa referuntur.

1. AD bonam comparationem, quatuor requiruntur; Primò, Terminus *à Quò*, nempe id, quod comparatur, ut *aurum*. Secundò, Terminus *ad Quem*, ideſt id, cui fit comparatio, ut, *argentum*. Tertiò, Qualitas, vel, Quantitas communis, ut *pretioſus*. Quartò, quod una res ſit magis, vel minus particeps alicujus qualitatis, quàm altera; E. g. Aurum eſt pretioſius argento. Mala autem comparatio, & abuſiva dicitur illa, quæ prædictis conditionibus caret: ut, Nix eſt candidior fuligine: Mel eſt dulcius felle. Hujuſmodi comparationes malæ ſunt, & in-

inconvenientes; quia deeſt qualitas communis. Latinè igitur dicatur: Nix eſt candida, fuligo verò nigra: Mel eſt dulce, fel autem amarum.

2. Gradus comparationis ſunt trés, nempe Poſitivus, Comparativus, & Superlativus. *Poſitivus* eſt nomen, quod rem ſine exceſſu ſignificet: ut, *Albus*, *niger*. Dicitur Poſitivus, *à ponendo;* quia primus in gradu ponitur; vel, quia per ſe ponitur perfectus, & abſolutus ſine reſpectu ad alium gradum. Comparativus eſt nomen adjectivum, quod ſui poſitivi ſignificationem auget, vel deprimit: ut, *Doctior*, *prudentior*, ideſt, magis doctus, magis prudens. Superlativus eſt nomen adjectivum, quod poſitivi ſignificationem in ſummo, vel, in infimo gradu ponit: ut, *Doctiſſimus*, *prudentiſſimus*, ideſt, maxime doctus, & prudens.

3. Interdum Comparativum figuratè, & brevitatis cauſa, ponitur in Lingua Latina ſine termino ad quem, ſed ſubintelligitur, & in italica expoſitione exprimi poteſt. Ecce Exempla: Surgamus omnes ocyus. *Leviamoci tutti più preſtamente degl' altri giorni*. Quo Bernardi conſilio cognito, fratres ſummopere conati ſunt eum à propoſito deterrere: in quo ipſe eloquentior, ac felicior fuit. *La quale determinazione di Bernardo ſaputa, i Fratelli grandemente ſi sforzarono di rimuoverlo dal ſuo proponimento: nel che eſſo fù più eloquente, e più felice di loro*. Jesu corona celſior, & veritas ſublimior. *O Gesù corona più alta d'ogn' altra corona di qualſivoglia; e verità più ſublime d'ogn' altra verità degl' altri*.

4. Comparativa eleganter admittunt hos ablativos, *Opinione*, *ſpe*, *æquo*, *juſto*, *ſolito*, *dicto*. Ecce exempla: Opinione omnium majorem cœpi dolorem. *Hò ſentito maggior dolore di quel, che molti penſavano*. Omnia ſpe tranquilliora invenit. *Ritrovò tutte le coſe, più tranquille di quello, che non ſi ſperava*. Plus æquo, & juſto a te accepi. *Hò ricevuto da te più del dovere*,

è più

e più del giuſto. Tu es officioſior ſolito. *Tu ſei più corteſe del ſolito*. Petrus eſt facundior dicto. *E' più eloquente di quel, che ſi dice*.

5. Conjunctio, *Quàm*, vel, *Quàm ut*, Comparativo juncta, reſpuit poſt ſe negationem, ſeu particulam, *Non*, quæ tamen, in traductione italica, exprimitur, ut ex ſequentibus exemplis conſtabit. Equidem plura ſcribo, quàm credo. *Io certamente aſſai più ſcrivo, che non credo*. Feliciorem fuiſſe crederem, quàm viſus eſt eſſe. *Crederei, che egli foſſe ſtato più felice, che non è parſo di eſſere*. Plus jàm in noſtris temporibus cernimus, quàm in codicibus legimus. *Più lo vediamo in queſti noſtri tempi, che non lo leggiamo ne i Codici, ò Libri*. Purior, ac vegetior exiverit, quàm intraverit. *Uſcì più puro, e più vigoroſo, che non vi entrò*. Cum autem ſit comparatio inter duo, tunc particula, *Quàm*, non indicat negationem, ſed affirmationem, & in Italica expoſitione, ſeu, traductione, Vulgare hujuſmodi particulæ erit ſimplex dictio, *Che*: E. g. Compluraque ſpatia camporum recipiendis aptantur ſeminibus, quàm redditis novales ſeminibus feriantur. *E più ſpazii di campi ſi adattano a ricevere le ſemenze, che i terreni novali, i quali, reſi i frutti, ſi ripoſano*. Ex D. Amb. apud Brev. Rom. in Com. non Virg. Lect. quæ incipit: Agrum hunc Eccleſiæ. *Notate, che queſto Vocabolo Novale, dinota quel Campo, ò Terreno, che dopo il ripoſo di due Anni, ſi rinuova, e ſi ſemina; & è più fertile di quella Terra, che ſi ſemina ogn' anno*.

6. Eleganter ponitur *Nihil*, vel, *Quid*, cum Comparativo, & refertur ad rem animatam. Ecce exempla: Nihil fuit humilius, nihil continentius tuo genitore: pro nullus homo. *Neſſuno fù più umile, e più continente del tuo Genitore*. Quid manſuetius, quid benignius Domino? *Chi può trovarſi più manſueto, e più benigno del Signore*? Refertur etiam ad rem inanimatam: ut, Nihil eſt virtute amabilius. *Neſſuna coſa è*

ſa è più amabile della Virtù, ò che la Virtù.

7. Notandæ ſunt denique hæ loquendi formulæ, per Comparativa expreſſæ. *Queſta coſa traſcende il mio dire.* Hæc res eſt major, quàm ut loquor. *Queſto ſupera la mia capacità.* Hoc eſt majus, quàm ſit meus captus. *Il mio parlare è più Ciceroniano del tuo.* Meus ſermo magis redolet Ciceronianam elocutionem, quàm tuus. *Sono più ſoldato di te.* Armorum jure tibi antecello. *Sono Criſtiano più di te.* Meliore jure, vel, pluribus titulis, ſum Chriſtianus, quàm tu. *Io ſono in grado più ſtretto di amicizia, e di parentela a Pietro, che non ſei tu.* Ego propiori, vel arctiori gradu, vel vinculo amicitiæ, & cognationis attingo Petrum, quàm tu: Vel, jure amicitiæ, & cognationis ſum propinquior Petro, quàm tu. *Ogn' ora mi par mill' anni di vederti.* Nihil mihi longius videtur, quàm ut te videam. *Queſto legno hà più di Caſtagna, che di Noce.* Hoc lignum magis caſtaneæ, quàm nucis ſimilitudinem refert. *Quello dimoſtra più ingegno, che prudenza.* Ille præſefert plus ingenii, quàm prudentiæ. *Io hò più figliuoli, e meno poſſeſſioni di te.* Plures habeo filios, pauciora verò prædia, quàm tu. *Quello è meno prudente, e meno dotto degl' altri.* Ille eſt imprudentior, & indoctior, quàm cæteri.

CAPUT VIII.

De Superlativorum Conſtructione.

Quid ſit Superlativum? Ejus formatio, derivatio, & Conſtructio.

1. Superlativum eſt nomen adjectivum, quod rem in ſummo, vel, in infimo gradu ponit: ut, *Prudentiſſimus*, *imprudentiſſimus*, ideſt, maximè prudens, valde imprudens.

2. Superlativum formatur regulariter a primo poſiti-

ſitivi, ſeu, Adjectivi caſu, in I deſinente, adjectis *S*, & *ſimus*: ut, a Candidi, prudenti, fit *candidiſſimus*, *prudentiſſimus*. Poſitiva verò, quæ in *R* exeunt, adjecto, *Rimus*, Superlativum formant: ut, Pulcher, *pulcherrimus*, Niger, *nigerrimus*: Tener, *tenerrimus*: Saluber, *ſaluberrimus*. At deſinentia in *lis*, Superlativum formant, mutando is, in limus: ut, Facilis, *facillimus*: gracilis, *gracillimus*: humilis, *humillimus*: ſimilis, *ſimillimus*: Agilis, *agilitmus*, ſeu potius, *agiliſſimus*.

3. Superlativa derivantur a Nominibus Adjectivis. Hæc enim comparari ſolent, & recipere terminum *à Quo*, & terminum *ad Quem*: ut, Abies eſt pulcherrima, & rectiſſima arborum. Deinde fiunt etiam ab Adverbiis, & Præpoſitionibus: ut, ſæpe, ſæpius, ſæpiſſimè: Ultra, ulterior, ultimus. Sed hæc uſurpantur potius abſolutè, quàm reſpectivè.

4. Superlativum ante ſe nullum caſum admittit, ſed genere, numero, & caſu cum antecedente Nomine, vel, pronomine concordat: poſt ſe autem genitivum pluralem; ac de ejus natura eſt præſtare cæteros ſui generis, qualitatis, & profeſſionis. Ecce exempla: Homerus fuit doctiſſimus Poetarum. *Omero fù il più dotto de' Poeti*. Cicero fuit eloquentiſſimus Latinorum. *Cicerone fù il più eloquente de' Latini*. Alexius nobiliſſimus Romanorum extitit. *Aleſſio fu il più nobile de' Romani*. Venuſtius autem dicitur, ſi genitivus Superlativo præponatur, hoc pacto: Homerus fuit Poetarum doctiſſimus: Cicero Latinorum eloquentiſſimus: Alexius Romanorum nobiliſſimus. Et hæc vocantur Superlativa Reſpectiva, quia reſpiciunt terminum *ad quem*, ut dictum eſt de Comparativis. Si verò careant termino *ad quem*, Superlativa Abſoluta appellantur: E.g. Paulinus Nolæ Epiſcopus ex opulentiſſimo divite, voluntate pauperrimus, & copioſiſſimè ſanctus. *Paulino Veſcovo di Nola, di ricchiſſimo di facoltà, di volontà poveriſſimo, e copioſiſ-*

ſimamente Santo. Hujuſmodi Superlativa ponuntur abſolutè, non verò reſpectivè.

5. Superlativum poteſt etiam habere genitivum ſingularem Nominis Collectivi, ut ſunt Civitas, populus, gens, natio, ſchola, Græcia &c. E.g. Achilles fuit fortiſſimus Græciæ. *Achille fù il più forte della Grecia*.

6. Superlativa mutare poſſunt genitivum in Accuſativum cum præpoſitionibus, *Inter*, & *ante*. Ecce exempla: Ipſe honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. *Lui era riputato il più onorato de' ſuoi*. Ipſe ante alios pulcherrimus omnes. *Eſſo è il più bello di tutti gl' altri, ò trà tutti gl' altri*.

7. Idem genitivus tranſire poteſt in Ablativum cum præpoſitione, *Ex*, *vel*, *de*. E.g. Acutiſſimus ex omnibus ſenſibus eſt ſenſus videndi. *Il più acuto di tutti i ſenſi è quello della viſta*. De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratiſſimum. *Di tutti i tuoi innumerabili beneficii, che mi hai fatti, queſto mi ſarà il più caro*. Ex locis ſacris illa celeberrima, & frequentiſſima fuerunt, in quibus condita Sanctorum Corpora, aut aliquod Martyrum veſtigium, vel monumentum eſſet. *De' luoghi ſagri, ò tra i luoghi ſagri, quei furono i più celebri, e più frequenti, ne' quali fuſſero ſtati collocati i Corpi de' Santi, ò qualche memoria, ò monumento, ò ſepoltura de' Martiri*.

8. Ad majorem denique facilitatem cognoſcendi, quando fieri debeat Superlativum, hæc a Grammaticis aſſignatur regula. Quoties in vulgari Lingua Adjectivum præcedat aliqua ex his italicis particulis, *Il più, la più: li più, i più, le più*, tunc Superlativo locus eſt: E.g. *Napoli è la più grande di tutte le Città d'Italia*. Neapolis eſt omnium Italicarum urbium maxima.

9. Superlativis ſæpe adduntur Adverbia, *Longè multò, quàm*, pro *quantùm*. Ecce exempla: *Pietro di gran lunga è il più dotto di tutti*. Petrus eſt longè omnium doctiſſimus. *Quì era un Orologgio a Sole molto mi-*

migliore, e più giuſto di tutti. Hic erat Solarium multò omnium iſtorum optimum, & veriſſimum. *Io terminerò queſta coſa, quanto più brevemente, e quanto più facilmente ſarà poſſibile.* Quàm breviſſimè & quàm facillimè potero, rem expediam. Cum autem particulæ, *Quàm*, jungitur præpoſitio, *per*, idem ſignificat, ac Maximè, & Poſitivis adhæret: ut, perquàm doctus, perquàm bonus, perquàm diligenter; ideſt, doctiſſimus, optimus, diligentiſſimè. Dictio enim *Perquàm*, vim Superlativi exhibet.

S Y L V U L A

Plurimis repleta Rudimentis, quæ ad Comparativa, & Superlativa attinent.

1. INter Comparativum, & Superlativum illud intereſt, quod Superlativum fit ad plures ſui generis, & eſt pars rei ſuperatæ: ut, *Ulyſſes fuit Græcorum callidiſſimus*. Comparativum verò fit inter duo, vel plura ejuſdem, vel diverſi generis, & poteſt eſſe res diverſa a re ſuperata: ut, *Ulyſſes fuit callidior Trojanis*. Ulyſſes enim unus fuit ex Græcis, & diverſus a Trojanis. Unde quando comparatio fit inter duo, Comparativo utendum eſt. Si verò fiat inter plura ejuſdem generis, Superlativo locus eſt.

2. Quandoque Comparativum vim habet majorem, quàm Superlativum; ut, Vivum enim verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio acutiſſimo: *Poichè la parola di Dio è viva, e forte, e più acuta di qualſivoglia acutiſſimo coltello*. Ex D. Amb. apud Brev. in Dom. infra Oct. Nativ.

3. Sciendum, quia, quando Comparatio fit ad plura ejuſdem generis, poteſt, & debet fieri per genitivum; ut, Nunc autem manent, Fides, Spes, Charitas, tria hæc. Major autem horum eſt Charitas. *Ora in queſta pellegrinazione ſtanno con noi la Fede, la Spe-*

ranza, e la Carità; queſti trè beni ſono veramente grandi; Mà di queſti beni, ò di queſte virtù la maggiore è la Carità; perchè è di maggior merito. Ex D. Anſelmo in 1. ad Corinthios, c. 13. Ubi ſubjungit: Majorhorum eſt Charitas; Quia Fides ceſſabit, dum futura, quæ creduntur, advenerint. Et Spes finem habebit, dum Beatitudinem, quam quiſque præſtolatur, acceperit. Sola verò Charitas in æternum perſeverabit, & de viſione Conditoris, ac Beatitudine Sanctorum ſine fine gaudebit. *Sic ille.*

4. Grammatici autem hanc tradunt regulam: Si Comparatio non excedat biduum numerum, & partitivè ſumatur, tunc Comparativum locum habet, & genitivum plurarem aſſumit: E. g. Manuum aptior, & fortior eſt dextera. *Delle mani la più atta, e la più forte è la deſtra.* Parentum indulgentior eſt mater. *De Genitori il più indulgente è la Madre.* Dici etiam poteſt: Ex Parentibus, vel inter Parentes indulgentior eſt Mater. Si verò excedat biduum numerum, Superlativo locus eſt, & interdum Comparativo. ut, Trium Mundi partium cultiſſima eſt Europa. *Delle trè parti del Mondo la più coltivata è l'Europa.* Digitorum longiſſimus eſt medius. *Trà le Dita quel di mezzo è il più lungo.* Cæterarum rerum præſtantior erat. *Era più eccellente dell' altre coſe.* Piſcium fœminæ majores, quàm mares. *Li peſci femine ſono più grandi delli maſchi.* Apum adoleſcentiores exeunt ad opera. *L'Api più giovani eſcono alle fatiche.* Sed non paſſim adhibendum Comparativum cum genitivo plurali.

5. Hæ dicendi formulæ: *Major, vel, minor natu: Maximus, vel, minimus natu:* eleganter uſurpantur pro majorem, vel minorem ætatem habere: ut, Petrus eſt minor, vel minimus natu: major, vel, maximus natu, inter fratres. *Pietro è il piccolo, ò il più grande de' Fratelli: Hà maggiore, ò minore età.* Sic, Duodecim annos natus, ideſt, duodecim annos agens, *Havendo dodeci anni: Eſſendo di età di dodeci anni.*

6. No-

6. Nomen, *Quiſque*, venuſtiſſimè Superlativo jungitur: ut, ſapientiſſimus quiſque ita ſenſit: vel, ſapientiſſimi quique ita ſentiunt. *Li più ſapienti ſono di queſto ſentimento, e parere*. Quod ſi certus numerus apponatur, qui ſignificet elationem, ſeu excellentiam, ſingulari tantùm numero utemur: E.g. *Sono morti in queſta ſcaramuccia trenta ſoldati, i più forti di tutti*. Triginta milites, fortiſſimus quiſque, in hoc prælio ceciderunt. *Otto Navi, le più grandi, ſono ſtate affondate da' Nemici*. Naves octo, maxima quæque, ab hoſtibus depreſſæ ſunt: vel, Naves octo omnium maximæ depreſſæ ſunt.

7. *Quiſque* eleganter etiam cum duobus Superlativis copulatur, cum particulis, *ut*, *& ita*, ſibi invicem reſpondentibus: ut, *Quanto più uno ottimamente diſcorre, tanto più teme nel dire*. Ut quiſque optimè dicit: ita maximè dicendi difficultatem timet. *Quanto più alcuno è ricco, tanto più ſuole eſſere avaro.* Ut quiſque eſt ditiſſimus, ita avariſſimus ſolet eſſe.

8. Quandoque Auctores, pro Superlativo, Comparativum adhibent: ut, Major omnibus eras. *Eri il più grande di tutti*. Cunctis altior ibat Anchiſes. *Anchiſe andava più alto di tutti*.

9. Poſtremò, notandæ ſunt hæ dicendi formulæ: *Il più bel libro, che comprai, l'hò donato a voi*. Librorum, quos emi, pulcherrimum, vobis dono dedi. *Il più grave negozio, che hai trattato, ti è riuſcito male.* Negotiorum, quæ egiſti, graviſſimum, tibi malè ceſſit. *Il più fedele Amico, che avevo, è già morto*. Amicorum, quorum familiaritate utebar, fideliſſimus, jàm ceſſit è vita. *Il migliore ſcolare, che io avea, è riuſcito il peggiore di tutti*. Diſcipulorum, quos inſtituebam, optimus, factus eſt omnium peſſimus.

10. *Comparatio Anomala*. Duplex eſt Comparatio, nempe Regularis, & Anomala, ſive Irregularis. Comparatio regularis dicitur illa, quæ ſequitur ordinem, & regulam aliorum poſitivorum, a quibus

Comparativa, & Superlativa formantur. Comparativa verò: Anomala eſt illa, quem hunc ordinem minimè ſervant, ſed diverſum, ut infra conſtabit.

11. Anomala ſunt iſta: *Bonus*, *malus*, *magnus*, *parvus*, *multus &c.* quæ irregulariter comparantur, hoc pacto: *Bonus*, melior, optimus: *Malus*, pejor, peſſimus: *Magnus*, major, maximus: *Parvus*, minor, minimus. *Multus*, plurimus: *Multa*, plurima: *Multum*, plus, plurimum: Sic, *Vetus*, veterior, veterrimus: *Nequam*, nequior, nequiſſimus: *Infra*, inferior, infimus: *Extra*, exterior, extremus: *Supra*, ſuperior, ſupremus, vel ſummus. *Poſt*, poſterior, poſtremus. *Ultra*, ulterior, ultimus. *Prope*, propior, proximus. *Diu*, diutior, diutiſſimè. *Sæpe*, ſæpius, ſæpiſſimè.

12. *Comparatio Defectiva*: ut, *Inclytus*, inclytiſſimus: *Ocyor*, ocyſſimè: *Novus*, noviſſimus: *Adoleſcens*, adoleſcentior: *Juvenis*, junior: *Senex*, ſenior. *Ante*, anterior: *Nuper*, nuperrimus: *Nero*, Neronior, pro crudelior. *Pius*, piiſſimus.

13. *Comparatio Abuſiva*. Tribus modis fit abuſio in Comparativis. Primò, *Conſtructione*, nempe, cum partitivè ponuntur cum genitivo: ut, Major horum eſt ille. Secundò, *Formatione*, cum Subſtantiva comparantur: ut, Cinœdo, *Cinœdior*: Pœno, *Pœnior*: Nero, Neronior. Nunc ſimilia Subſtantiva naturam adjectivorum induunt, & qualitatem indicant. Tertiò, *Significatione*, cum ſcilicet tantùm ſignificant, quantum Poſitivum ſuum: ut, ſenior, pro *Senex*: Juniores, pro *juvenes*: Sæpius, pro *ſæpe*.

14. *Adjectiva, quæ non variantur per gradus Comparationis*. Nomina, quæ habent vocalem ante *us* finale, ea ferè neque Comparativa, neque Superlativa formant; ſed Comparativi defectus ſuppletur per Adverbium, *magis*; Superlativi, per *maximè*. Hujuſmodi autem adjectiva ſunt, Idoneus, aſſiduus, arduus, ſtrenuus, pius, & ſimilia: E. gr. *Quello è più*

va-

valoroſo di te. Ille eſt magis ſtrenuus, quàm tu. *Quello è il più idoneo di tutti*. Ille eſt omnium maximè idoneus. Deinde neque comparantur Gentilia, ut *Italus*, *Græcus*: Neque Patria, ut *Romanus*, *Neapolitanus*: neque Poſſeſſiva, ut, neque Ordinalia; ut, Primus, ſecundus: *Regius*, *patrius*: Neque Materialia: ut, *Ligneus*, *aureus*. Multaque alia, quæ apud Grammaticos videre licet.

CAPUT IX.

De Verbalium Conſtructione.

Quæ, & Quotuplicia ſint Verbalia, & quomodo conſtruantur?

1. Verbalia ſunt illa nomina, quæ a Verbis derivantur: ut, ab amo, *amator*: ab audio, *auditor*: à vinco, *victor*: à ſtudeo, *ſtudioſus*: a bibo, *bibax*: ab edo, *edax*: a ſumo, *ſumptio*: à conſummo, *conſummatio*: à proficiſcor, *profectio*: ab ingredior, *ingreſsus*: ab accedo, *acceſſus*: à trado, *traditor*, oriuntur.

2. Verbalia triplicia ſunt, nempe, verbalia ſubſtantiva: ut, *Amator*, *Victor*: Verbalia adjectiva: ut, *Cupidus*, *ſtudioſus*, *providus*. Et Verbalia paſſivæ ſignificationis: ut, *optabilis*, *dilectus*, *gemebundus*.

3. Verbalia, tum Subſtantiva, tum Adjectiva genitivum aſſumunt. Ecce Exempla: Ille eſt amator virtutis, auditor verbi Dei, victor Turcarum. *Quello ama la virtù, aſcolta la parola di Dio, vince i Turchi: overo, quello è amatore della virtù, Aſcoltatore della parola di Dio, e vincitore de' Turchi*. Homo ille eſt cupidus laudis, providus rei familiaris, anxius rei futuræ, ſtudioſus grammaticæ. *Quell' uomo è bramoſo di lode, provido delle coſe domeſtiche, anſioſo delle coſe future, ſtudioſo della Gramatica*.

Ver-

4. Verbalia paſſivæ ſignificationis ſunt illa, quæ aliquam paſſionem indicant: ut, Amabilis, odibilis, optabilis, gemebundus. *Amabile, odibile, deſiderabile, lagrimevole: coſa d'amarſi, da odiarſi, da deſiderarſi, da piangerſi: degna di eſſere amata, odiata deſiderata, e compianta.*

5. Verbalia paſſivæ ſignificationis dativum admittunt. Ecce Exempla: Tu es amabilis omnibus hominibus. *Tu ſei amabile à tutti gl'Uomini: Tu ſei degno di eſſere amato da tutti gl'Uomini.* Mors gemebunda ſuis. *Morte lagrimevole alli ſuoi: da compiangerſi dalli ſuoi: degna di eſſere compianta.* Dilectus Deo, & hominibus. *Diletto à Dio, & à gl'Uomini.* Deſiderata nobis, & univerſo optabilis Mundo adeſt feſtivîtas Dominicæ paſſionis. *E' preſente la ſolennità della Paſſione del Signore, da noi deſiderata, e degna di eſſere bramata da tutto il Mondo.*

S Y L V U L A

Varia, ac utilia exhibens Rudimenta, quæ ad Verbalia referuntur.

Verbalium uſus ſæpe à Latinis uſurpatur. Per ipſum Oratio venuſta, & conciſa efficitur, & paucis verbis ſententia abſolvitur. Frequenter autem ponuntur Verbalia pro Verbis. Cum verò traducenda ſint in Linguam Italicam, exprimi poſſunt in propria ſua natura; & ad majorem intelligentiam, reſolvi licet in verba, ut ex ſequentibus exemplis conſtabit.

Fugam ſimulans. *Fingendo di fuggire.*
Tibi interdictus eſt ingreſſus in Urbem.
Ti è ſtato proibito l'ingreſſo, o di entrare, in Roma
Eiſque ad negotium talenta partitur.
Compartiſce loro i talenti, per negoziare.
Miniſtrabitur vobis introitus in æternum Regnum.

Vi

Vi ſi darà l'ingreſſo nel Regno eterno.
Ad ſacræ ſcripturæ intelligentiam.
Per l'intelligenza della ſagra ſcrittura: ò per intendere la ſagra Scrittura.
Ad conſummationem ſalutaris de juſtificatione doctrinæ..
Per il compimento, ò perfezione dalla ſalutifera dottrina della Giuſtificazione: ò per terminare, e perfezionare la ſalutifera dottrina.
Illius gentis Regem, idolorum cultorem, magis ad iracundiam accendit.
Acceſe a maggior ſdegno il Rè di quella Gente, adoratore degl'Idoli: ò che adorava gli Idoli.
Quem omnium opinione mortuum. *Il quale, tutti ſtimandolo morto.*
Flere cœpit non paſſionem illius, ſed ſuam remanſionem.
Cominciò à piangere non la paſſione di quello, mà il ſuo rimanere in queſta vita.
Chriſto enim Domino mors profectio fuit illò, unde venerat.
Poiche à Criſto Signore la Morte ſervì di andata, di ritorno: ò di andare, ò ritornare, in quel luogo, donde era venuto.
Cum ibi frequens Ambroſij Epiſcopi eſſet auditor.
Eſſendo ivi frequente Uditore di Ambrogio Veſcovo. Ivi frequentemente aſcoltando Ambrogio Veſcovo.
Reliquum tempus noctis lectioni, & Scriptioni librorum tribuebat.
Il rimanente tempo della Notte lo ſpendeva nella Lezione, e compoſizione de Libri: Lo conſumava in leggere, e ſcrivere Libri.
Inſula Idolorum cultrix.
Iſola adoratrice degl'Idoli: che adorava gl'Idoli.
Virtutis aſpernator: Humilitatis cultor.
Diſprezzatore della Virtù: Coltivatore dell'Umiltà:
Che

Che diſprezza la Virtù: Che coltiva, ò eſercita l'Umiltà.

Ei cui aſcenſus ad ſacros Ordines à ſuo Prælato fuerit interdictus &c.

A Quello, a cui dal ſuo Prælato ſarà ſtata proibita la ſalita, ò di ſalire agli ſagri Ordini.

Et hæc ſatis ſint pro Verbalium Rudimentis.

CAPUT X.

De Syntaxi Figurata.

Quid, & Quotuplex ſit Syntaxis, ſeu, Conſtructio Linguæ Latinæ?

1. SYntaxis, ſeu, Conſtructio Linguæ Latinæ, eſt debita partium Orationis connexio, & compoſitio, juxta communes Grammaticæ Regulas. Vel, Conſtructio eſt recta diſpoſitio partium Orationis in ipſa Oratione: *ut*, *Deus creavit Cœlum, & Terram*.

2. Syntaxis duplex eſt, Regularis, & Figurata. Conſtructio Regularis, ſeu, Analoga, eſt illa, quæ nativam loquendi formam ſequitur, & eſt conſentanea communibus Grammaticæ Regulis: *ut*, *Ille virtutem divitiis anteponit*.

3. Syntaxis verò figurata, ſeu, Irregularis dicitur illa, quæ à naturali dicendi forma, & communibus Grammaticæ Regulis recedit: *ut*, *Gens armati*, *Turba clamant*, *Petrus ſtudeo*, *Sermonem, quem audiſtis, non eſt meus*.

CAPUT. XI.

Quid, & Quotuplex ſit Figura? Quare inventa, & à quibus. Quomodo differant inter ſe Tropus, & Figura?

1. FIgura eſt habitus, ſeu forma, qua veſtitur, & ornatur Oratio. Vel, figura eſt ornata forma di-

dicendi. Dicitur figura à *fingendo*, ideſt formando; quia novam loquendi formam exhibet.

2. Genera Figurarum tria ſunt: Dictionis, Conſtructionis, & Locutionis. Figuræ Conſtructionis ad Grammaticos: Dictionis ad Poetas: Locutionis ad Oratores ſpectant.

3. Figura inventa eſt, neceſſitatis, & ornatus gratia. Figurarum autem, ac Troporum inventores fuerunt Græci, ut docet *Venerabilis Beda*.

4. Tropus, & Figura ſic inter ſe differunt: Figura propriam rei ſignificationem retinet: *ut, Gens armati*. Hæc dicitur Oratio figurata. Tropus verò eſt translatio alicujus Verbi à propria ſignificatione ad impropriam per ſimilitudinem: *ut Excolere ingenium: Prata rident: Flumen eloquentiæ: Lumen ingenii: Virtutibus floret*. Et hæ dicendi formulæ appellantur tropicæ, ſeu, translatæ.

CAPUT XII.

De Figuris Conſtructionis.

Figuræ Conſtructionis ſunt octo: Appoſitio, Evocatio, Syllepſis, Prolepſis, Zeugma, Syntheſis, Atiptòſis, Synecdoche, de quibus ſingillatim agemus, Italice: *Appoſizione, Evocazione, Silleſi, Proleſi, Zeugma, Sinteſi, Antiteſi, Sinedoche*.

APPOSITIO.

1. Appoſitio eſt conjunctio duorum, vel, plurium ſubſtantivorum in eodem caſu, licet non ſemper eodem genere, & numero, & ſine particula conjunctiva, *&*, *ac*, *atque* &c. Ecce Exempla: Aquila, Volucrum Regina, vivit centum annos. *L'Aquila, Regina de' Volatili, vive cento anni*. Vulpes, verſutum animal, ſe mortuam ſimulat, & ita aves arripit,

pit, ac devorat. *La Volpe, animale aſtuto, ſi finge morta, e così attira, piglia gl' Uccelli, e gli divora.* Formica, animal ſagax, cibum quærit, & in hyemem recondit. *La Formica, animale ſagace, cerca il cibo, e lo naſconde per l' Inverno.* Molti cupiunt divitias, fomenta vitiorum. *Molti cercano le ricchezze, fomenti de' vizii.* Lego Virgilium, Poetam latinum. *Io leggo Virgilio, Poeta latino.* Lignum ſanctæ Crucis, vexillum Imperatoris æterni, titulus gloriæ, ſignaculum noſtræ Redemptionis, ab omnibus adoratur. *Il Legno della ſanta Croce, veſſillo dell' Eterno Imperadore, titolo di gloria, ſegnacolo della noſtra Redenzione, da tutti ſi adora.* Urbs Venetiæ; Flumen Tyberis. *La Città di Venezia: Il Fiume Teveri.*

2. Triplici autem cauſa fit Appoſitio. Primò, reſtringendæ generalitatis gratia: ut, *Urbs Roma: Animal equus.* Secundò, tollendæ æquivocationis cauſa: ut, *Taurus mons Aſiæ : Lupus piſcis*. Tertio, ad proprietatem attribuendam: ut, *Thomas, Doctor Angelicus: Nereus, adoleſcens inſigni forma: Timotheus, homo incredibili fortuna. Cicero, Orator maximus.* Appoſitio, ideſt, *Adjunctio*.

EVOCATIO.

1. Evocatio eſt tertiæ perſonæ, ad primam, vel, ſecundam, reductio. Cum ergo prima, vel, ſecunda perſona ad ſe evocat tertiam; ambæ fiunt primæ, vel, ſecundæ, & verbum ſemper convenit cum perſona evocante: E.g. *Ego pauper laboro; Tu dives ludis*. *Ego* dicitur perſona evocans: *pauper*, perſona evocata. Perſona evocans eſt prima, vel ſecunda; perſona verò evocata eſt tertia perſona.

2. Evocatio duplex eſt: Explicita, & Implicita. Explicita eſt, ubi tam perſona Evocans, quàm Evocata exprimitur; ut, *Ego Anaſtaſius ſcribo: Tu Victorinus legis*. Implicita eſt, quando perſona Evocans

te-

reticetur : ut , *Sum pius Æneas*. Hic ſubintelligitur Evocans, nempe, *Ego*.

SYLLEPSIS.

1. SYllepſis fit, cùm Verbum, ſeu, Adjectivum numeri pluralis refertur ad plures perſonas, ſeu genera, vel numeros ſingulares, & idem Verbum, ſeu Adjectivum, directè, & explicite concordat cum digniori perſona, ſeu, genere, ſive numero; & implicitè atque indirectè refertur ad rem inferiorem, & minus dignam, ut infra patebit.

2. Quando Syllepſis reſpicit Perſonas, oratio ſic conſtruenda eſt: Cum Perſona prima ſit dignior, quàm ſecunda, aut, tertia: & præſtantior ſecunda, quàm tertia, ideò Verbum cum digniori convenire debet: ut, Neque ego, neque tu ſapimus. *Nè io, ne tù, l'intendiamo*. Quid tu, & Soror facitis? *Che coſa tù, e tua Sorella fate*? Ego, & Mater miſeri perimus. *Io, e mia Madre, miſerabili perimo*.

3. Cum autem hæc Figura reſpicit Nominum genera, hæc regula obſervanda eſt in Conſtructione. Dignius eſt Maſculinum genus, quàm fœmininum, aut neutrum: & dignius fœmininum, quàm neutrum: ut, Rex, & Regina defuncti ſunt. *Sono morti il Rè, e la Regina*. Mars, & Venus capti. *Sono ſtati preſi Marte, e Venere*: Caja, & Mancipium mortuæ. *Sono morti Caja, e lo Schiavo*. Chalybs, & aurum ſunt in fornace probati. *L'Acciajo, e l'Oro ſono ſtati provati nella fornace*.

4: At, cum ſubſtantiva res inanimatas ſignificant, Adjectivum uſitatius in neutro genere ponitur; neutrum enim cenſetur nobilius, cum ſermo eſt de rebus inanimis. Ecce Exempla: Labor, & voluptas utilia. *La fatica, & il piacere ſono utili*. Ira, atque avaritia Imperio potentiora erant. *L'ira, e l'avarizia erano più potenti dell' Imperio*. Virga tua, & baculus tuus

ipſa

ipſa me conſolata ſunt. *La tua verga, e il tuo baſtone mi hanno conſolato*. Mors, & vita animalium, juſta Dei ordinatione ſub poteſtate hominis conſtituta ſunt. *La Morte, e la Vita degli Animali, per giuſta ordinazione di Dio ſono ſtate conſtituite ſotto la poteſtà dell' Uomo.* Ira, & ægritudo permixta ſunt. *L' ira, e l' afflizzione dell' animo ſono trà di loro meſchiate.*

5. Quod ſi præcedentia ſubſtantiva erunt omnia maſculina, vel, omnia fœminina, ſequens adjectivum poteſt etiam eſſe ejuſdem generis: *ut, Honor, & labor æque diligendi ſunt. Ignavia, & ignominia æque repudiandæ.* Vel per Neutrum: *Ignavia & ignominia repudianda: Honor, & labor diligenda.*

6. Cum autem per Syllepſin concipimus numeros, pluralis eſt dignior ſingulari: ut, *Mater, & filii ſunt devoti. Dux, & milites pugnant. Magiſter, & diſcipuli ſtudent.*

7. Syllepſis denique, alia eſt directa, & alia indirecta. Directa eſt, cum perſona dignior, & minus digna copulantur per conjunctionem, *&*, vel, *atque*: ut, *Ego, tu, & ille legimus*. Indirecta eſt, dum copulatur per particulam, *Cum*: ut, *Ego cum fratre ſumus candidi.*

8. Syllepſis, interpretatur *Comprehenſio*, quod dignius complectitur minus dignum. Et per hanc Figuram excluditur repetitio Verbi, ſeu Adjectivi, & Oratio venuſtior, & conciſior redditur. Nam loco dicendi: *Quid tu facis, & quid ſoror facit?* Venuſtius, & figuratè dicimus: *Quid tu, & ſoror facitis?* Et ſic exponuntur alii conceptus hujuſmo Figuræ.

PROLEPSIS.

1. PRolepſis eſt ſummaria rerum expreſſio; ac duobus conſtat, nempe toto, & partibus totius. Totum eſt dictio pluralis numeri, quæ præcedit. Partes

tes

tes totiùs, ſunt Nomina, quæ ſequuntur, & connexionem habent cum præcedenti dictione, ſeu ſubſtantivo plurali, ut ſequentibus exemplis patebit.

2. Fit autem Prolepſis, cum unum Verbum pluralis numeri convenit cum toto, & in partibus ſequentibus tacite reperitur. Ecce exempla: *Duo Reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace. Duæ Aquilæ volaverunt, hæc ab Oriente, illa ab Occidente. Diſcipuli metuunt, hic Magiſtrum, ille Patrem. Conſules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium. Alites volant, aquatilia natant, illæ alis, hæc pinnis. Gli Alati volano, gli Aquatili nuotano; quelli con le ale, queſti con le ale di ſcaglie.* Romæ innumerabilem hominum multitudinem, hæc mulierum, ille virorum, ad Chriſtum converterunt. *In Roma convertirono a Criſto una multidine innumerabile d'Uomini, queſta di Donne, quello d'Uomini.*

3. Totum, ſive, Congregatio, poteſt eſſe nomen Collectivum: ut, Populus vivit, alii in penuria, alii in deliciis. *Il Popolo vive, altri in penuria, altri nelle delizie.*

4. Hujuſmodi autem Figuræ hæc eſt explicatio. *Duo Reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace*, Duo Reges, dicitur *Totum*, ideſt dictio pluralis numeri. *Romulus*, *& Numa*, ſunt partes totius, quæ ad idem verbum referuntur; ac ſi diceretur: *Duo Reges Romam auxerunt, Romulus auxit bello, Numa auxit pace.* Ne fiat autem hæc Verbi repetitio, utimur *Prolepſi*, per quam noſtras ſententias, & propoſitiones paucis comprehendimus, & pronunciamus. Et ſic exponuntur cætera exempla, ſupra exarata, & adducta. *Bello, & pace*, Partium determinationes vocantur.

5. Duplex autem eſt Prolepſis: Explicita, & Implicita. Explicita eſt, ubi omnia exprimuntur, quæ in Prolepſi eſſe oportet: ut, *Milites pugnant, alii haſta, alii verò gladio.* Implicita eſt, quando totum,

 vel

vel partes totiùs non exprimuntur: ut *Diſcimus*, *ego Grammaticam*, *tu Dialecticam*. In hoc exemplo tacetur totum nempe, Nos. *Veſtras quiſque redite domos*. In iſto reticentur partes, nempe, *Tu*, & *Alius*, quaſi dicat: Tu tuam, alius ſuam redeat domum.

6. Prolepſis græcè latinè præſumptio, ideſt ante ſumo; quia anteponuntur ea, quæ ſequi debent.

7. Poſtremò, notandæ ſunt hæc dicendi formulæ per Prolepſin. Alter alterius onera portate. *Uno porti il peſo dell'altro*. Alter ab altero diſtracti ſunt. *Furono diviſi uno dall'altro*. Alius alii opem ferunt. *Uno ajuta l'altro*. Alius alium percontemur. *Uno interroghi l'altro*. Alius, alii ſui ſceleris conſcii ſunt. *Uno sà il peccato dell'altro*. Alius alium levantes. *Ajutandoſi l'un l'altro*. In ſupradictis exemplis magis aperitur Prolepſis; quia antepoſita ſunt, quæ ſequi debuere. Dicendo enim: *Alter alterius onera portate*: *Alter ab altero diſtracti ſunt*; reddunt hunc ſenſum: Portate onera alter alterius: Diſtracti ſunt, alter ab altero. Et ſic de aliis.

Z E U G M A.

1. Zeugma eſt cum pluribus Nominibus unum Verbum, vel Adjectivum, ſervit, & expreſſe cum viciniori congruit, cum altero implicitè concordat. Ecce Exempla: Cum alii multi, tum ipſe Dionyniſius in Chriſtum credidit. *Credettero in Criſto, ſi molti altri, come anche l'iſteſſo Dioniſio*. Ibique Rege, & cæteris ſtupore attonitis. *Et ivi il Rè e gl'altri reſtando attoniti per lo ſtupore*. Quò cultus Divinus devotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in Reſidentiis ſuis quieti permanere valeant. *Acciochè il Culto Divino ſi poſſi divotamente eſercitare, & i Prelati, e gl'altri Chierici, quieti poſſino perſeverare nelle loro Reſidenze*.

2. Explicatio ſenſus hujus Figuræ eſt ejuſmodi: *Cum alii multi, tum ipſe Dionyſius in Chriſtum credidit*. In

hoc

hoc exemplo verbum, *credidit*, expreſſe reducitur ad *ipſum Dionyſium*; at ad cætera per ſupplementum; ſubintelligendum eſt enim, *Cum alii multi crediderunt*, *tum ipſe Dionyſius credidit*. Et hoc pacto explicanda ſunt alia exempla.

Tribus modis fit Zeugma

In perſona: ut, *Ego, & tu ſtudes*.
In genere: ut, *Maritus, & uxor eſt irata*.
In numero: ut, *Hic illius arma, hic currus fuit*.

3. Zeugma autem dividitur in tria genera, quæ ſunt, *Protozeugma*, ideſt Zeugma à ſuperiore: *Meſozeugma*, ideſt a medio: *Hypozeugma*, ideſt ab inferiore parte. Cum igitur ponitur Verbum, vel Adjectivum in principio, vocatur Protozeugma: ut, *Dormio ego, & tu*. Quando in medio, vocatur Meſozeugma: ut, *Ego dormio, & tu*. Quando in fine, vocatur Hypozeugma: ut, *Ego, & tu dormis*.

4. Quando Verbum ad duo ſuppoſita, ideſt, duos ſubſtantivos, reducitur, & cum utroque convenit, vocatur Zeugma (ut dicunt) Locutionis, non Conſtructionis: ut, *Joannes fuit piſcator, & Petrus*.

5. Zeugma græcè, latinè adjunctio, ſeu copulatum dicitur.

SYNTHESIS.

1. Syntheſis eſt, Oratio congrua ſenſu, non voce: *è un' parlare, che concorda ſecondo il ſignificato, e non ſecondo la voce*. Fit autem hæc Figura, cum Nomen collectivum jungitur verbo, vel, Adjectivo numeri pluralis: ut, Pars in fruſtra ſecant. Gens armati. Populus currunt. Capita conjurationis virgis cæſi, ac ſecuri percuſſi. *Una parte taglia à pezzi. Gente armata, cioè i ſoldati. Il popolo corre. I Capi, ò*

Regolatori della Congiura ſono ſtati battuti, e decapitati. Ponitur autem Verbum pluralis numeri, pro ſingulari, hoc eſt, Pars ſecant, *pro ſecat*: Populus currunt, *pro currit*. Sic: Pars autem poſito ſurgunt de ſemine; *pro ſurgit de ſemine poſito*.

2. Explicatio: Cum dicimus: *Pars ſecant*: *Gens armati*. Hæc exempla diſcrepant voce; quia *Pars*, eſt numeri ſingularis, & *Secant*, pluralis. Item, *Gens* eſt generis fœminini, & *armati*, maſculini. Sed figurate concordant; quia nomine *Partis*, homines intelliguntur: & *Gens armati*, ſecundum intellectum ſubintelliguntur Homines armati, nempe Milites. Et ita figuratè, & ſecundùm ſenſum hujuſmodi loquendi formulæ rectè conveniunt. Hoc pacto, interpretanda ſunt ſupradicta, & alia exempla, quæ formari poſſunt per Figuram *Syntheſin*.

3. Fit autem Syntheſis, nunc in genere tantùm, idque aut ſexus diſcernendi cauſa; aut ſupplementi gratia; nunc in numero tantum; nunc verò in genere, & numero ſimul.

In genere tantum: ut *Anſer fœta*: *Elephantus gravida*: *Præneſte ſub ipſa*, ſubauditur, *urbe*.

In numero tantum: ut, *Turba ruunt*: *Aperite aliquis oſtium*.

In genere, & numero ſimul: ut, *Pars merſi tenuere ratem*.

4. Syntheſis græcè, latine Compoſitio, ideſt Conſtructio, facta gratia ſignificationis.

ANTIPTOSIS.

1. Antiptoſis eſt poſitio caſus pro caſu, idque interdum non invenuſtè. Primò igitur, ex vi hujus Figuræ, ponitur Accuſativus, loco Nominativi: ut, Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt. Sermonem, quem audiſtis, non eſt meus. *La Città, che io pianto, è voſtra. Il diſcorſo, che voi avete ſentito, non è mio*.

Ac-

Accuſativi, *Urbem*, *& ſermonem* ponuntur pro Nominativis, *urbs*, *& ſermo*. Venuſtiùs autem erit, ſi Relativum præcedat: ut, Quas litteras a te accepi, gratiſsimæ mihi fuerunt. *Le lettere, che hò da te ricevute, mi ſono ſtate gratiſſime*.

2. Aliquando additur Relativum, *is*, *ea*, *id*, vel *ipſe*: ut, Quem locum nive conſperſum viderent, in eo Eccleſiam ædificarent. *Nel luogo, che vedeſſero aſperſo, ò ricoperto di neve, vi edificaſſero la Chieſa*. Quem ego decollavi Joannem, hic reſurrexit a mortuis. *Giovanni, che io hò decapitato, è riſuſcitato da morte*. Per Ironiam hoc Herodes expreſsè pronunciat, ut docet D.Thomas in Marc.c.6.

3. Deinde, per *Antiptoſin* ponitur Nominativus pro Genitivo: Dativus pro Accuſativo, & Vocativus pro Nominativo. Ecce exempla: ut, *Hæc, & alia id genus explicant Doctores*. Ponitur, *id genus*, pro ejus generis. *It clamor Cœlo*. Pro, ad Cœlum. *Macte virtute eſto*. Pro mactus. *Procura di eſſer degno di lode per la virtù*. Antiptoſis græcè, latinè caſus pro caſu interpretatur.

SYNECDOCHE.

1. Synecdoche eſt Figura, tum Grammaticis, tum Rhetoricis communis. Per Synecdochen ponitur unus pro pluribus, vel, ſingularis pro plurali: plures pro uno: pars pro toto: totum pro parte: Genus pro ſpecie: Materia pro forma, ut ex ſequentibus exemplis apparebit.

2. *Unus pro pluribus; vel pluralis pro ſingulari*: ut, Inter hæc Alexander, ad conducendum ex Peloponnaſo militem, Cleandro cum pecunia miſſo &c. In hoc exemplo ponitur ſingularis pro plurali, nempe, *Ad conducendum militem*, pro ad conducendos milites. *In tanto Aleſſandro, mandato Cleandro con denari a condurre Soldati dal Peloponneſo*, ò *Morea*. Mu-

nivit arcem armato milite. *Fortificò la Fortezza con ſoldati*. Miſit in eos cynomiam, & ranam. *Mandò contro di eſſi le Moſche canine, e le rane*.

3. *Plures pro uno*: ut, vagit infans inter arcta conditus præſepia. Ponuntur Præſepia, pro præſepe. *Il fanciullo vagiſce, ò piange, ripoſto in un' anguſto Preſepio*. Sic in Terris, & in Cœlis, pro in Terra, & in Cœlo.

4. *Pars pro toto*: ut, Agricola maturior torquendam aliis ſtivam committit. Hìc ſumitur *ſtiva* pro aratro. *L'Agricoltore aſſai invecchiato da a maneggiare l'Aratro a gl' altri*. Sic Puppis pro navi: Tectum pro domo.

5. *Totum pro parte*: ut, *Fons* pro aqua: *Floridus annus*, pro vere: *Frigidus annus*, pro Hyeme: *Pomiferus annus*, pro Autumno.

6. *Genus pro ſpecie*: ut, Ales diei nuncius, lucem propinquam præcinit. Hic ſumitur Ales pro gallo. *Il Gallo, meſſaggiero del giorno, denunzia col ſuo canto il vicino giorno*.

7. *Materia pro forma*: ut, Satelles i, ferrum rape. Hic ſumitur ferrum pro gladio: *O miniſtro di giuſtizia, và, prendi il coltello*.

8. Poſtremò, per Synecdochen omnia nomina adjectivæ, aliquam proprietatem ſignificantia: item verba paſſiva, & Neutralia ſignificantia aliquam paſſionem poſſunt regere Accuſativum, aut Ablativum, ſignificantem locum, in quo eſt proprietas, aut paſſio: ut, *Æger pedes, vel pedibus*; ideſt, habens ægros pedes. *Saucius frontem, vel, fronte. Redimitus tempora lauro. Dolor caput, vel, capite*. Sed hic loquendi modus eſt proprius Poetarum; nam ſoluta oratione dicimus: *Petrus ægris pedibus. Æthiops albis dentibus*.

9. Synecdoche græcè, latinè *intellectio*, vel *ſuſceptio* interpretatur. Et hæc ſatis ſint pro Figuris Grammaticalibus.

CA-

CAPUT XIII.

De Figuris Dictionis.

1. Figuræ Dictionis ſunt quindecim, nempe *Prothesis*, *Aphæreſis*; *Epentheſis*, *Syncope*, *Paragoge*, *Apocope*, *Tmeſis*, *Metatheſis*, *Antitheſis*, *Sinæreſis*, *Diæreſis*, *Sinalæphe*, *Ecthilipſis*, *Siſtole*, & *Diaſtole*. His Figuris utuntur Poetæ propter neceſſitatem, & uſum Linguæ Latinæ, quæ verſibus ſcribitur. Eaſdem adhibent etiam Oratores, non ad neceſſitatem, ſed elegantiæ, & ornatus cauſa. Notitia vero hujuſmodi Figurarum apprime neceſſaria eſt Tyronibus, ad intelligendam Linguam Latinam metro exaratam; & ſequenti modo explicantur.

2. Protheſis, italicè, *la Proteſi*, p.b. eſt additio litteræ, ſeu ſyllabæ in principio Dictionis: ut, *Gnatus*, *tetuli*, pro, Natus, tuli. Protheſis græcè, latine *Appoſitio*.

3. Aphæreſis, italicè, *l'Afereſi*, p.b. eſt figura, quæ in principio Dictionis litteram, vel ſyllabam aufert: ut, *Ruit*, *pellit*, pro Eruit, expellit. Aphæreſis, ideſt, *abſciſſio*.

4. Epentheſis, italicè, *l'Epenteſi*, p.b. fit, cum in medio Dictionis additur littera, vel, ſyllaba: ut, *Virago*, *Mavors*, pro Virgo, & Mars. Epentheſis, ideſt, *Interpoſitio*.

5. Syncope, italicè, *la Sincopa*, *ò Sincope*, p. b. eſt conciſio litteræ, vel Syllabæ è medio Dictionis: ut, *ſæclum*, *vincla*, *audiit*, *noſti*, *itaſti*, *portarunt*, *appellarit*, *rediit*, *enecaſſet*, *optarat*, *virum*, *Deum &c.* pro, ſæculum, vincula, audivit, noviſti, itaviſti, portaverunt, appellaverit, redivit, enecaviſſet, optaverat, virorum, Deorum &c. Syncope, ideſt, Conciſio, *Scemamento*.

6. Paragoge, italicè, *la Paragoge*, p.l. eſt adjun-

ctio ſyllabæ in fine Dictionis verbi infiniti paſſivæ ſignificationis, & præſentis temporis: ut, *Dominarier*, *dicier*, pro Dominari, dici. Sic, *Nequitur*, *poteſtur*, pro Nequit, poteſt. Ad hanc Figuram reduci poſſunt hæ ſyllabicæ Dictiones: *Met*, *pte*, *ce*: ut, Egomet, ſuapte natura, hiſce oculis. *Io ſteſſo*, *di ſua propria natura*, *con queſti ſteſſi occhi*. Paragoge, ideſt *appoſitio*, ſeu *adductio*.

7. Apocope, italicè, *l'Apocope*, p b. eſt amputatio litteræ, vel ſyllabæ a fine Dictionis: ut, *Neu*, *ni*, *ſat*, *peculi*, *dic*, *fac*, *audin?* pro, Neve, niſi, ſatis, peculii, dice, face, audine? Apocope, ideſt *amputatio*, vel *abſciſſio*.

8. Tmeſis, italicè, *la Tmeſi*, p.b. eſt ſeparatio Dictionis compoſitæ, inter quam interponitur una, vel plures dictiones: ut, *Quomecunque rapit fortuna*. *Pro patria*, *Reque publica mortem appetere præclarum eſt*. *Per mihi gratum erit*. *Septem ſubjecta trioni*. *Hac celebrata tenus*. Pro, Quocunque me rapit fortuna. Pro patria, & Republica. Mihi pergratum erit. Subjecta Septemtrioni. Hactenus celebrata. Tmeſis, ideſt interpoſitio, vel ſeparatio, *Fraponimento*.

9. Metatheſis, italicè, *la Metateſi*, p.b. eſt tranſpoſitio litteræ, vel, ſyllabæ in aliam ſyllabam: ut, *Evandre*, *Tymbre*, *Piſtris*, pro, Evander, Timber, Priſtis. Metatheſis, ideſt, *tranſpoſitio*, ſeu mutatio ordinis litterarum in Dictione. *Mutamento dell' ordine delle lettere in una parola*.

10. Antitheſis, italicè, *l'Antiteſi*, p. b. eſt poſitio litteræ, pro alia: ut, *olli*, *ollic*, *volt*, pro, illi, illic, vult, Antitheſis, ideſt *oppoſitio*. *Mutamento di lettera ſenza mutarla d'ordine*.

11. Sinæreſis, italicè, *la Sineri*, p.b. eſt contractio duarum ſyllabarum in unam: ut, *Ai*, *Di*, pro, ait, Dii. Sinæreſis, ideſt, Contractio, *Contrazzione di due ſillabe in una*.

12. Diæreſis, italicè, *Dieteſi*, p.b. ò, *Dialiſi*, p.b. eſt

eſt diviſio unius ſyllabæ in duas: E. g. Hæc nomina, *Sylvæ*, *Cajus*, *Suetus*, *Solvo*, *Volvo*, dividi, & reſolvi poſſunt in tres ſyllabas, hoc pacto: Sy-lu-æ: Ca-i-us: Su-e-tus: So-lu-o: Vo-lu-o. Vel quando dividitur Diphthongus: ut, *Gaudet*, *viæ*: ſic dividendo: Ga-u-det. Vi-a-e. Diæreſis, ideſt *Diviſio*.

13. Synalæpha, italicè, *la Sinalefa*, p. l. eſt colliſio finalis vocalis antecedentis dictionis, quæ abſorbetur a vocali ſequentis dictionis: E.g. *Ill' ego*, *qui hunc peragravi Orbem*. Pro, ille ego. *Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit*. In ſcanſione ſic dicitur: Nem' ade-oferus &c. Synalæpha, ſeu, Synalœphe, ideſt, compreſſio, *Aſſorbimento*, *sfuggimento*, *ò colliſione di vocali*.

14. Ecthlipſis, italicè, *l'Etlipſi* fit, cum in fine Dictionis littera, *M*, cum prævia vocali abſorbetur: E.g. *Multum ille*. Gratum opus agricolis. In ſcanſione dicitur: *Mult*, *ille*: *Grat' opus*. Ecthlipſis, ideſt, *Eliſio*.

15. Syſtole, italicè, *la Siſtole*, p. b. eſt, cum breviatur ſyllaba natura longa; idque neceſſitate Metri: ut, *Steterunt*, *tulerunt*, *fuerunt*, in quibus penultima corripitur. Syſtole ideſt, *Correptio*.

16. Diaſtole, italicè, *la Diaſtole*, p. b. fit, cum producitur ſyllaba, natura brevis; idque ſimiliter fit neceſſitate Metri: ut, *Repulit*, *reliquit*, in quibus prima ſyllaba producitur. Diaſtole, ſeu, Ectaſis, ideſt, *dilatatio*, vel *productio*. Hæ Figuræ ſunt ſpecies Metaplaſmi, & fiunt propter metri neceſſitatem, & licentiam Poetarum. Metaplaſmus autem eſt vox græca, ut interpretatur *transformatio*, qui fit in uno verbo.

C A P U T XIV.

De Figuris Locutionis.

1. Figuræ Locutionis ſunt exornationes, & lumina Orationis, quarum notitia multùm confert

ad

ad intelligendos Oratores, & eloquentes Scriptores, Linguam Latinam, ac etiam Sacram Scripturam. Figuræ Locutionis græco ſermone *Tropi* appellantur], latinè Translationes. Tropus enim eſt translatio alicujus verbi a propria ſignificatione ad impropriam per ſimilitudinem: ut, *Homo ardens ira*; quod propriè convenit igni. Tropi autem ſunt multi, & varii, ſed frequentiores ſunt, *Metaphora*, *Ironia*, *Hyperbole*, *Antonomaſia*, *Synecdoche* &c. Hic autem agetur de Figuris, Tropis, ac de aliis, quæ ſunt neceſſaria ad intelligentiam Linguæ Latinæ.

2. Eclipſis eſt defectus in Oratione, cum ſcilicet, aut Nomen, aut Verbum, aut Præpoſitio omittitur in ipſa Oratione, ornatus, & brevitatis cauſa. Ut autem melius hæc figurata Conſtructio intelligatur, ponuntur ſequentes Regulæ.

Regula 1. Omnis Oratio conſtat ex Nomine, & Verbo. Quare ſi verbum non exprimitur, Conſtructio figurata per Eclipſin appellatur. Cum autem ponuntur Nomina in caſu recto, ſeu Nominativo ſine Verbo, ut plurimum ſubintelligitur verbum ſubſtantivum, *Sum*, *es*, *eſt*. Ecce exempla: Jugis occupatio, ſalus Animæ. *La continua occupazione è la ſalute dell' Anima*. Peccati ceſſatio, radix veniæ. *La radice del perdono è il ceſſare di peccare*. Gehennæ meditatio, principium ſalutis. *Il penſare all' Inferno, è il principio della ſalute*. Nihil tibi, & juſto illi; nempe ſit. *Non ti ingerire in neſſuna coſa con quel giuſto*. Fidelis ſermo: Si quis Epiſcopatum deſiderat &c. nempe, verus, & fidelis eſt ſermo, qui ſubditur. *Vero, e fedele è il parlare, che ſiegue*. Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura: nempe, Fas mihi ſit: *Mi ſia lecito ſciogliere i ſagri patti de' Greci*. Hæc, & plurima alia exempla reperiuntur in Lingua Latina, in quibus reticetur verbum, *ſum*, *es*, *eſt*, quod tamen exprimitur, cum Latinus ſermo in Linguam Italicam vertitur.

Regula 2. Omne verbum ante ſe habet Nominati-
vum,

vum, expreſſum, vel tacitum. Supprimitur autem Nominativus duobus potiſſimùm modis. Primò, cum eſt primæ, vel ſecundæ perſonæ: ut, Amavi te, quo die cognovi. *Io ti hò amato nel giorno, che ti hò conoſciuto.* Sollicitus quidem eram de rebus urbanis. *Io certamente ero affannato per le coſe della Città.* Putares ne, unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent? *Penſareſte tù, che mai poteſſe accadere, che a me mancaſſero le parole?* Quid facis? *Che coſa fai tu?* Deinde in verbis, quæ communiter homines reſpiciunt: ut, *Ajunt*, *ferunt*, in quibus intelligitur Nominativus perſonæ, nempe, *Homines*, vel, Aliqui.

Regula 3. Omne verbum activæ ſignificationis habet poſt ſe Accuſativum expreſſum, vel ſubintellectum. Iſte autem Accuſativus ſæpe, ex vi hujus Figuræ, omittitur: ut, Faciliùs reperies, qui Romam proficiſcantur, quàm ego, qui Athenas. *Più facilmente voi trovarete alcuni Uomini, che vadino in Roma, che non poſſo io, che mi porto in Atene.* Jam venti poſuere. Hic ſubintelligitur Accuſativus, nempe, vim ſuam. *Già i venti hanno laſciata la loro violenza.* Non ſefellerunt inſidiæ. Subintelligitur Accuſativus, nempe, animum meum. *L'inſidie non hanno ingannato l'animo mio.*

Regula 4. Omne Relativum reſpicit Antecedens, cujus locum tenet. Interdum autem Antecedens figuratè reticetur: ut; ſunt, quos collegiſſe juvat pulverem Olympicum. *Vi ſono alcuni, alli quali piace di aver raccolta la polvere Olimpica, cioè ſi dilettano di correre.* Cum verò Relativum in Neutro ponitur, ſubintelligitur, *Negotium*, vel *cauſa*; ut, Non eſt, quod gratias agas. *Non v'è negozio, motivo, ò cagione, che voi dobbiate rendere grazie.*

Regula 5. Quotieſcunque in Oratione ponitur Nomen ſine verbo; vel verbum ſine Nomine, vel Ablativus, ſeu Accuſativus ſine expreſſa præpoſitione, vocatur Conſtructio figurata, per Eclipſin. Ecce exempla.

pla. *Dii meliora*, nempe faciant. *Sed hæc, & alia coram*. Subintelligitur, dicam. *Quid ad nos?* nempe attinet. *Te Conſule*, ideſt, ſub te Conſule. *Emi magno*, hoc eſt, pro magno pretio. *Doctior cæteris*, ideſt, præ cæteris. Præpoſitio, *per*, ſæpe reticetur in nominibus, quæ tempus, ac diſtantiam indicant: ut, *Vixit centum annos*, ideſt, per centum annos. *Diſtat quinque milliaria*, hoc eſt, per quinque milliaria. *Pridie Kalendas Martii*. Hic ſubintelligitur præpoſitio, *Ante*, ideſt, priori die ante Kalendas Martii. *Multos abhinc annos*, nempe ante multos abhinc annos. *Furti damnatus*, nempe crimine furti. *Veſci agnina, ſuilla, caprina, bubula*. Subintelligitur caro, ideſt agnina carne. *Civica donatus*, nempe corona. *Homo frugi*, nempe bonæ frugi. *Culta novalia*, nempe Arva. *Cur mihi detrahis?* nempe laudem. *Petere altum*. Subintelligitur Mare. *Non eſt meum*: nempe officium. *Brevi reſpondere: Brevibus aliquid dicere*; ſupple, ſermone, & ſermonibus, ſeu verbis. *Degit Carthagine*, puta *in*. In nominibus abſolutè poſitis ſubauditur præpoſitio, *ſub*: ut, *Te Conſule, Sole ardente, Te duce, Te rectore*; hoc eſt, ſub te Conſule, ſub ſole ardente, ſub te duce, ſub te rectore. *Sagitta ſaucius*, nempe cum ſagitta. *Proſequor te bonore*, nempe cum honore, Nam hujuſmodi Ablativus inſtrumentum ſignificat.

3. Pleonaſmus eſt redundantia ſermonis, cum ſcilicet aliqua vox ſupra neceſſitatem redundat: ut, *Sic ore locuta eſt. Nunc temporis. Hiſce oculis ego vidi. Accipies hoc parvulum munuſculum. Poſtridie ejus diei. Tunc temporis. Ubi loci. Ubi terrarum*. In quibus dicendi formulis, dictiones, *ore, temporis, oculis &c.* ſuperflua ſunt. Sufficeret enim dixiſſe: *Sic locuta eſt &c.* Hic tamen dicendi modus adhibetur ad majorem alicujus rei affirmationem, & expreſſionem. *Pleonaſmus* a pleonazo dicitur, ideſt, pluſquam oportet, facio, vel dico; vel redundantia verbi interpretatur.

4. Liptote, italicè, *la Litote, ò Litoteca*, p. p. eſt

figura,

figura, qua minus dicimus, & plus ſignificamus, per contrarium rem intelligentes. Ecce exempla: *Græci ſermonis non ignarus. Ab ineunte ætate non levia dedit futuræ ſanctitatis indicia. Nec modus inſerere ſimplex. Munera nec ſperno. Non ſine utilis ſilentii ratione. Non obſcurè dixit: Non mediocris invidia proditur. Non otioſa hujus paralytici, nec anguſta medicina eſt.* Quæ quidem exempla duobus modis italicè exprimi poſſunt, figuratè ſcilicet, vel reſolvendo figuratam Conſtructionem in ſimplicem, & regularem ſermonem, per contrarium ſenſum Figuram interpretando, hoc pacto: *Nec modus inſerere ſimplex.* Figuratè ſic loquimur: *Nè il modo d'inſitare è ſemplice.* Reſolvendo autem Figuram per contrarium ſenſum, ſic dicendum: *Il modo d'inſitare è di più ſorti, ſi fà in più maniere.* Ab ineunte ætate non levia dedit futuræ ſanctitatis indicia. *Dal principio dell' età diede non leggieri ſegni della futura ſantità.* Nunc figuratè loquimur. Dicendo verò: *Diede grandiſſimi, & illuſtri ſegni della futura ſantità,* modò loquimur per contrarium ſenſum, & ſine Figura. Ad eundem modum exponi poſſunt alia exempla. Liptotè græcè, latinè defectus, & dicitur a *lipo*, ideſt *deficio*.

5. Enallage, eſt Figura, qua tempora mutantur, & unum tempus pro altero ponitur; & una pars Orationes pro alia. Primò igitur per *Enallagen* ponitur præteritum perfectum Conjunctivi pro imperfecto ejuſdem modi: ut, nec minorem febrem amoris eſſe dixerim, quàm caloris. *Direi, non eſſere minore la febre dell' amore, che quella del calore.* 2. Ponitur modus Conjunctivus pro Indicativo: ut, Qui nihil rapuerit, nullum violentus oppreſſerit. Prorapuit, & oppreſſit. *Il quale niente rapì, non oppreſſe veruno con violenza: non fece ad alcuno violenza.* 3. Ponitur nomen pro verbo: ut, Fugam ſimulans. *Fingendo di fuggire.* Eiſque ad negotium talenta partitur, *Compartiſce i loro talenti per negoziare.* 4. Ponitur Comparati-

vus

vus pro poſitivo: ut, *Juniores*, & *ſeniores*, pro Juvenes, & ſenes. *Sæpiùs*, *& ocyus*, pro ſæpe, & ocyter. Præterea ex vi hujus figuræ fiunt aliæ permutationes, quæ apud alios videre licet. Enallage interpretatur *ordinis permutatio*: ut, exuerint ſylveſtrem animum. *Si ſpoglieranno la natura ſelvatica*. Ponitur exuerint, pro *exuent*. Et ſic fit permutatio ordinis; & nunc vocatur *Enallage verborum*.

6. Helleniſmus eſt Græca figura, atque Oratio græcam exhibens Conſtructionem, & diſcrepans a latina Syntaxi. Ex vi hujus Figuræ, Relativum convenit caſu cum Antecedente: Ecce exemplum Ciceronis lib. 5. Epiſt. 14. *Cum ſcribas, & aliquid agas eorum, quorum conſueviſti, gaudeo*. Helleniſmus reperitur in Relativo, *Quorum conſueviſti*, quod concordat in caſu cum antecedente: *Eorum*. Senſus igitur eſt; *Quorum conſueviſti*, hoc eſt: Quæ agere conſueviſti: vel, quorum aliquod agere conſueviſti. *Scrivendo voi, e componendo qualche coſa di quelle, che ſiete ſtato ſolito fare, ne godo, me ne rallegro*. Ecce alterum exemplum: *Illis, quibus ſibi videbitur, adjunctis*. Senſus eſt: Adjunctis illis, quos ſibi videbitur adjungere. *Aggiunti quelli, che a loro parerà di aggiungere*. Et hæc exempla ſatis ſint Tyronibus, pro intelligentia Linguæ Latinæ. *Helleniſmus*, ideſt, proprietas, & uſus vocum Græcarum, Italicè, *Elleniſmo*.

7. Heteroſis eſt figura, per quam non rarò ponuntur Abſtracta pro concretis, ſeu grammatice loquendo, ſubſtantiva pro adjectivis: ut, *magnitudo rerum, maturitas morum, multitudo miraculorum, veritas judicii, tarditas diſcipulorum, magnitudo fidei, benevolentiæ, meritorum*. Pro Magnæ res, maturi mores, multa miracula, verum judicium, tardi diſcipuli, magna fides, & benevolentia: magna merita. E.g. Tanta enim magnitudo eſt ſuorum erga me meritorum. *Perche è ſi eccesſiva la grandezza de' beneficii: Perche ſono tanto grandi i beneficii*. &c. Sacroſancta

Tri-

Tridentina Synodus magnitudinem rerum tractandarum conſiderans. *Conſiderando la grandezza delle coſe, ò le gravi materie da trattarſi*. Per Heteroſin, etiam apud ſacram Scripturam uſurpantur Abſtracta pro Concretis: ut, *Circumciſio*, pro circumciſo, *Sanctificatio* pro ſanctificatore, *Redemptio* pro redemptore: *Dominationes* pro dominantibus: *Virtutes*, & *poteſtates*, pro Virtute, & poteſtate præditis: ut: Redemptionem miſit Dominus popolo ſuo. *Il Signore mandò la Redenzione, cioè il Redentore*. Dicunt, ſufficere virtutibus non odiſſe inimicos. *Dicono che baſti alle Virtù, cioè, agl' Uomini virtuoſi non odiare gli Nemici*. Sunt verba D. Hierony. apud Breviarium in Feſto S. Joannis Gualberti. *Heteroſis*, ideſt alteratio.

8. Hendyadis eſt figura, qua unum in duo dividitur, interpoſita particula conjunctiva: Ecce Exempla: *Molemque, & montes inſuper altos impoſuit*. ideſt, Molem altorum montium impoſuit. *Di più vi collocò la mole di alti monti*. Aurum, frœnoſque momordit; ideſt, frœnos aureos. *Morſicò nelli freni, ò briglie d' oro*. In brevia, & Syrtes; Hoc eſt, in brevia ſyrtium. *Nelle ſtrette ſirti*. Pateris bibamus, & auro; ideſt, bibamus aureis pateris. *Beviamo in Tazze d' oro*. Hæc figurata Conſtructio invenitur etiam apud ſacram Scripturam: *Sint in ſigna, & tempora, & dies, & annos*. Gen. c. 1. ideſt, Sint in ſigna temporum, dierum & annorum. *Il Sole, e Luna ſervino per ſegni, e diſtinzione de' tempi, giorni, & anni*. Ex Tirino in Idiotiſmis. *Hendiadis*, ideſt unum per duo; ut una res in duas dividatur, metri cauſa.

9. Epitaſis, p. c. Ex vi hujus figuræ utimur vocabulo *Omnis*, pro magno, & excellenti: ut, *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum;* ideſt, nobiliſſimam, & excellentiſſimam, hoc eſt, Cœleſte Manna. *Deum time, & mandata ejus obſerva; hoc eſt enim omnis homo*. Eccl. c. 12. *Hoc eſt enim omnis homo;* ſenſus eſt: Qui fecerit hoc, optimus eſt, & præſtantiſſimus homo.

mo. Ita P. Tirinus in Idiotiſmis. Sic, *Omnis plaga*, pro ſumma plaga: *Univerſa vanitas;* pro ſumma vanitas. *Epitatis*, ideſt exaggeratio, ſeu vehementiſſimus actus.

10. Metaphora eſt translatio alicujus Nominis ſeu verbi à propria ſignificatione ad impropriam per ſimilitudinem: ut, *Prata rident*, *vites gemmant*, *ſegetes fluctuant: Mulier incenſa ira*, *homo inflammatus cupiditate*: *Generis claritas*, *flos ætatis*, *lumen ingenii*, *flumen eloquentiæ*: *Frænare linguam*, *florere ingenio*, *excolere animum*, *colere caſtitatem*: *Condire ſermonem facetiis: laxare vitiis habenas*, *domare iram*, *texere orationem*: *Avolat ætas*. Hæ loquendi formulæ, Metaphoræ, ſeu ſermones metaphorici, vel Oratio tropica, ſeu Translationes appellantur, quæ in Lingua latina ſæpe reperiuntur, & Orationem venuſtam reddunt.

Hæc figura non rarò reperitur apud ſacram Scripturam: Ecce Exempla: *Onus Ninive*. *Onus Ægypti*. *Onus quod vidit Habacuc Propheta*. Hæc vox, *Onus*, apud Prophetas, innuit Prophetiam, quæ prædicit calamitates, & flagella. Italicè, *Il peſo*, *ò la Profezia di Ninive*, *che minaccia travagli a Ninive*. Auferam a vobis cor lapideum. *Leverò da voi il cuor di pietra*, *cioè il cuor duro*, *e pertinace*. Sub umbra alarum tuarum protege me: *Proteggimi ſotto l'ombra delle tue ali*, cioè, *ſotto la difenſione della tua onnipotenza*, *e clemenza*. Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Le porte dell' Inferno*, *cioè i Vizii*, *e peccati*, *e le dottrine degli Eretici*, *non prevaleranno contro di eſſa*. Metaphora, ideſt *Translatio*.

4. Catachræſis, p. p. Italicè, *la Catacreſi* p. p. eſt uſurpatio nominis alieni: ut, *Cadent in ore gladii*; ubi gladio tribuitur os, quod eſt proprium animantis. *Pennæ ſolis*; ideſt radii ſolis. *Dæmon mendacii pater*, ideſt, auctor mendacii. *Parricida*, qui eſt proprie oc-

occiſor patris, ſumitur etiam pro occiſore matris, uxoris, fratris, & conſanguinei. *Circumierunt in melotis*. Melota propriè ſignificat pellem hiſpidam animalis, quod *Melus* dicitur. Per Catachræſin autem ſumitur pro pelle cujuſque Quatrupedis, & pro quocunque pelliceo indumento. Senſus igitur eſt. *Girarono per diverſe parti del Mondo, ricoperti di Meloti, cioè, di aſpre pelli di Animali*. Pellicea melote indutus. *Veſtito di una melote di pelle; ò di una irſuta pellicia*. Inſtar montis equum divina Palladis arte ædificat. *Virg lib. 2. Æneid.* Hoc verbum, *ædifico*, quod propriè ad ædificia, & parietes refertur, ex vi Catachræſis accomodatur compoſitione equi Trojani, qui erat moles bellica. Catachræſis autem in hoc differt à Metaphora, quod hæc vocabula habenti largitur; illa, quia non habet proprium, alieno utitur. Catachræſis grecè, latinè interpretatur *abuſio*, cum alienis abutimur, perinde ac propriis, cum propria deficiunt.

12. Synecdoche, p.b. italicè, *la Sinedoche*, eſt Tropus, per quem ponitur totum pro parte, ſeu, pars pro toto: ut, *Puppis*, pro navi: *Tectum* pro domo: *Stiva* pro aratro. *Fons*, *& flumen*, pro parte fontis, & fluminis, ſive pro aqua. Oratores autem per Synecdochen, maxima venuſtate ponunt plura pro uno: *ut*, *Antonios*, *Benedictos*, *Bernardos*,] pro uno Antonio, Benedicto, Bernardo. Italicè: *Gli Antonii*, *i Benedetti*, *i Bernardi*. Hæc figura cum ſit communis Grammaticis, & Oratoribus, fuſiùs dictum eſt in figuris Conſtructionis. Synecdoche, ideſt *intellectio*.

13. Metonymia eſt figura, qua unum per aliud proximum intelligimus. Et quatuor modis fieri ſolet. *Primo*, cum continens pro contento accipitur: ut. *Poteſtis bibere calicem*, *quem ego bibiturus ſum?* ideſt, potionem bibere, quæ in Calice continetur. Sic Civitas pro Civibus: ut, Invadunt urbem ſomno, vinoque ſepultam. *Aſſaliſcono la Città*, *cioè i Cittadini Trojani*, *ſepolti nel ſonno*, *e nel vino*. Teſtis eſt Gallia,

Teſtis eſt Africa. Ubi Regio ipſa pro incolis ſumitur. *Secundò*, ponitur Contentum pro re contenta: ut, *Accipe cautionem tuam*, *& ſede*; ideſt chartam, in qua continetur cautio. *Prendi la tua Poliza, e ſedi*. Tertiò, ponitur inventor pro re inventa: ut, *Ceres*, *& Bacchus* pro frumento, & vino. Sic *Mars* pro bello: *Diana* pro venatione: *Auctores* pro illorum ſcriptis: ut; *legi Platonem*, *& Ariſtotelem*, nempe illorum volumina. Quartò, cum cauſæ pro effectibus accipiuntur: ut, *Pallida Mors*, *Triſtis ſenectus*, *Audax Juventus*, *Hilaris Adoleſcentia*, *Superba victoria*. Iſta non ſunt per ſe talia; ſed tales effectus producunt; quia Mors homines pallidos efficit: Senectus reddit triſtes homines; & ſic de cæteris exemplis. Hùc ſpectant ſigna pro rebus ſignificatis: ut, *Faſces* pro Magiſtratu: *Sceptrum* pro Regno: *Arma* pro bello: *Toga* pro pace: *Aquila* pro Cæſarianis: *Luna* pro Turcis: *Crux* pro nobis Chriſtianis. Metonymia interpretatur *Tranſmutatio*, & eſt Tropus in ſcripturis frequentiſſimus.

14. Antonomaſia, p. b eſt figura, per quam, loco Nominis, aliud ponit, quod alicui rei tribuitur per excellentiam: ut, *Urbs* pro Roma: *Romanus Orator* pro Cicerone: *Doctor Angelicus*, pro D. Thoma de Aquino: *Regina Adriatici*, pro Venetia: *Rex ferarum* pro Leone: *Poeta*, pro Virgilio: *Philoſophus*, pro Ariſtotele: *Cræſus*, pro homine fortunato: *Craſſus* pro divite: *Alexander*, aut *Cæſar*, pro ſtrenuo bellatore. Antonomaſia ſæpe Oratores, & Concionatores utuntur in Lingua Italica: E. g. *Il Mellifluo*, per S. Bernardo: *Il Boccadoro*, per S. Giovanni Criſoſtomo: *Il Taumaturgo*, per S. Gregorio Veſcovo di Neoceſarea: *L'Aquila*, per S. Giovanni Evangeliſta: *Il fiume della Romana eloquenza*, per Cicerone: *Il Torrente non mai mancante della greca facondia*, per Demoſtene: *Il Serafico Dottore*, per S. Bonaventura. *La Principeſſa de' fiori*, per la Roſa. *Il Principe de'*

Me-

Metalli, *per l' Oro*. Antonomaſia, ideſt, *Nominis permutatio*.

15. Onomatopœja eſt nomen fictum ad imitandum ſonum vocis confuſæ: ut; Factus ſum ſicut Cymbalum tinniens. *Io ſono divenuto, come un Cembalo riſuonando, ò che manda fuori un ſuono confuſo, e morto*. Quaſi tuba exalta vocem tuam. *Inalza la tua voce, come una Tromba*. Inſequitur clamorque virum, clangorque Tubarum. *Dietro ſiegue un clamore d' Uomini, & un ſuono di Trombette*. Canes muti non valentes latrare. *Alcuni Uomini ſono come cani muti non valendo, ò non avendo forza, e valore di abbajare contro i vizzi del popolo*. Sic Rugitus Leonis, & vox Leænæ. *Onomatopeja* interpretatur nominis fictio, ſeu nominatio, cum novæ voces formantur.

16. Metalepſis, Italicè, *la Metaleſſi* ſit, cum nomen unum ſumitur pro altero: ut, Labores manuum tuarum manducabis. *Magnerai le fatiche delle tue mani, cioè il frutto delle fatiche*. Draco iſte, quem formaſti, ad illudendum ei. Ubi Draco ſumitur pro diabolo. *Poſt multas ariſtas*. Ideſt, poſt multos annos. Metalepſis, ideſt Translatio.

17. Apoſtrophe, Italicè, *Apoſtrofe* p. b. eſt figura, quæ ſermonem convertit ad Cœlum, ſive ad Terram, nempe ad Angelos, & Homines, in eis habitantes: ut, *Audite, Cæli, quæ loquor: Audiat Terra verba oris mei*. Apoſtrophe, Latinè Converſio.

18. Allegoria p. p. eſt illa, quæ aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit. Ecce Exempla: *Claudite jam rivos, pueri, ſat prata biberunt*. Hoc eſt, ſatis cantatum eſt, diſcedite: vel, Multa jam diximus, diſcedamus. *Chiudete ormai, ò fanciulli, i rivi dell' acqua; perche i prati già a baſtanza hanno bevuto. Ex Virg.*

Sed nos immenſum ſpatii confecimus æquor; & jam tempus equum fumantia ſolvere colla. *Mà noi abbiamo traſcorſa un' immenſa, e ſpazioſa pianura, e già è tempo di ſciogliere dal giogo i colli de' Cavalli che fuma-*

 no

no per la fatica. Senſus eſt: Nos ſcripſimus multa, tempus eſt quieſcendi. *Ex Virg.*

Patres noſtri comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Jerem. 31. *I noſtri Genitori hanno mangiata l'uva acerba, & i denti de' loro figliuoli ſi ſono allegati.* Senſus eſt: Patres noſtri peccaverunt, & filii puniuntur, vel pœnas luunt, & explicat *Salmeron*.

Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem: Joan. c. 4. *Alzate i voſtri occhi, e vedete le Regioni, che biancheggiano, e già ſono mature alla mietitura.* Senſus eſt: Intelligite; quia plebes regionum ſunt jam paratæ ad credendum, vel, aptæ ſunt recipere fidem, & explicat *Card. Hugo*.

Allegoria interpretatur inverſio, ſive alieniloquium, aliud enim ſonat, & aliud intelligitur, ut docet *Iſidorus*.

19. Ironia p. p. eſt oratio, denotans contrarium ei, quod dicimus. Ecce Exempla: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*. *Gen c.* 9. In iſto exemplo Ironia continetur; & ſic exponitur: Voluit Adam nobis per eſum pomi fieri ſimilis: En quàm factus eſt diſſimilis: voluit ſcire bonum, & malum: En, in quale ignorantiæ barathrum corruit. *Ita Cornelius a Lapide in Gen. c. 9.* Ecce alterum exemplum: *Dormite jam, & requieſcite. Matth. c.* 26. Quaſi dicat: Jam dormiendi tempus non eſt, cum præ foribus eſt hoſtis. Ita *Theophilatus*, & *Euthymius*. Ironia Latinè illuſio, cum aliud dicimus, aliud ſentimus.

20. Hyperbole eſt dictio fidem excedens, augendi, ſeu minuendi gratia, prolata. Nec tamen à tramite ſignificandæ veritatis erratur, quamvis verba excedant: ut, *Velocior aura, Leonibus fortiores*. Modo per Hyperbolen augetur oratio *Molior pluma: durior ſaxo*. Nunc ſermo minuitur. *Ecce mundus totus poſt eum abiit*. Hyperbole eſt. Et ſic ea verba intel-

telligenda ſunt: *Mundus totus*, hoc eſt, longè maxima hominum multitudo non ſolùm noſtratium, ſed & eorum, qui undequaque huc advenerunt, eum ſecutus eſt, atque ei adhæret. *Sic Brugenſis in Io: c 12.* Iterum apud Joannem Evangeliſtam hęc verba leguntur: *Quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros. Joan. c.* 21. Cum certum librorum numerum exprimere non poſſet, Hyperbole ſignificavit maximam vim, ac multitudinem librorum. *Ex Brugenſe* in Joan. c. 21. Sic: *Aſcendunt uſque ad Cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos*. Hyperbole, ideſt exceſſus fidei, ſeu, nimia copia. Quæ, & alia ſimilia exempla non ſecundum litteræ codicem, ſed per Hyperboles figuram, intelligenda ſunt, ut docet *Salmeron*.

21. Periphraſis, Italicè, *la Perifraſi*, p. b. eſt circumloquium, dum res una plurimis verbis ſignificatur: ut, *Auras vitales carpit*; Hoc eſt, vivit. *Donec humanos animavit auræ Spiritus artus*. ideſt, Quoadvixit. Sic, *Natale ſolum*, pro patria: *Romanæ Conditor urbis*, pro Romulo: *Qui ſummum tenet Imperium*, pro Imperatore. Periphraſis, ideſt, Circumlocutio, italicè, *Circonlocuzione*.

22. Antiphraſis, Italicè *l' Antifraſi*, p. b. eſt ſermo, è contrario intelligendus: ut, *Lucus* dicitur, quod minime luceat, propter nimiam nemorum umbram: *Parcæ*, quod minime parcant: *Bellum*, quod minime ſit bellum. *Manes*, ideſt, mites, & modeſti, cum ſint terribiles, & immanes. Ad hanc Antiphraſin, (*ut docet P. Salmeron*) ſpectat, quod Hebræa ſcriptura uſurpatur *Benedicere*, pro Maledicere; ſicut legitur apud Job. c. 1. his verbis: *Ne forte peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis*. Verbum enim: *Benedixerint*, ponitur pro Maledixerint. Tantus eſt enim (*ait Lyranus in Job. c.* 1.) horror Blaſphemiæ Divini Nominis, quod in ſacra ſcriptura frequenter exponitur per verbum oppoſi-

tum, ideſt *Benedictionis*. Antiphraſis, Latinè, Omiſſio.

